
COMMENTATIO IVRIS PVBLICI

DE

ARCHI-CAMERARIO

SACR. ROM. GERM. IMP.

EXARATA



A

IOANNE FRIDERICO IOACHIMO
HALENS.

PERILL. I. P. *de* LVDEWIG in *Germania Principe Cap. I. p. 12. in not. lit. (q)* Hactenus fere, neſcio quo morbo, vetuſtas nobis in deliciis fuit peregrina Romanorum, patriæ diplomatibus aliisque noſtri imperii inſtrumentis vere neglectis. Spero, fore, ut in poſterum ſapere in noſtra republica malimus, quam in aliena. Commendant nobis hoc conſilium *patriæ amor, neceſſitas, vtilitasque.*

HALAE VENEDORVM

EX OFFICINA GRVNERTIANA

MDCCXXXVII.

A SON ALTESSE ROIALE
MONSEIGNEUR
LE PRINCE
FREDERIC
PRINCE HEREDITAIRE
DE LA COURONNE DE PRUSSE
ET
DES VASTES ETATS DE BRAN-DEBOURG &c.

MONSEIGNEUR,

APrès plusieurs reflexions, qui ont paruës pour ainsi dire arrêter le cours de mes pensées, en tenant en bride le haut sentiment, que j'avois d'oser entreprendre, de dedier à VOTRE ALTESSE ROIALE un ouvrage composé par un si petit sujet, je suis enfin entré dans l'agreable esperance, que ma temerité sera excusable, en me mettant devant les yeux la grace, dont VOTRE ALTESSE ROIALE reçoit les plus abiects. J'avouë, MONSEIGNEUR, que mon audace n'a pas de bornes, puisque ce petit traité n'a en apparence rien de l'eclat de tout ce qui vous approche.

Mal-

Malgré le suspens, dans le quel je suis à present, MONSEIGNEUR, je mets toute ma confiance en VOTRE faveur, esperant que VOUS agréerez cette petite piece faite par Veneration pour la MAISON ROIALE, et que VOUS permettrez que je l'orne de VOTRE GLORIEUX NOM; qui couronnera les premices de l'etude d'un homme, qui les met aux pieds de VOTRE ALTESSE ROIALE comme un hommage du parfait devoüement, & de la plus profonde soumission, avec la quelle je serai toute ma vie,

MONSEIGNEUR,

DE VOTRE ALTESSE ROIALE

à Halle ce 20 d'Octobr. 1736.

Le très humble, très obeïssant & très soumis serviteur & sujet

JEAN FREDERIC JOACHIM.



PRAECVRSORIA EPISTOLA.

EXhibetur tibi Lector Commentatio de Archi-Camerario Sacr. Rom. Germ. Imp. Sed ſtatim moues querelas. Principio dicis: Cui bono iſte labor? Erudito orbi! Hodie res eo deuenit, vt in omnibus diſciplinis, omnia ad punctum fere explicentur. Si ergo aliis id vitio haut vertitur, qui mihi? Reponis deinde; hanc ſpartam iam alios exornaſſe? Bene! Sed ideo poſt tantam meſſem mihi non ſpicilegium? Sat ſalſe! Multa traduntur vsque ad nauſeam, pauca rite recteque attinguntur. De Archi-Camerario multi egerunt in ſcriptis paſſim. Sed velim des idoneum de Archi-Camerario ſcriptorem? De Archicancellariis inſtructus eſt Mallincrotius; Archipincernæ munus inueſtigauit Iordanus; Archi-Mareſcalli officium deſcripſit Aug. Adolph ab Haugwitz; Archi-Theſaurarii ſpartam definiuerunt Hackmannus & Goebelius; Bünemannus meus ſuaſu meo, eſt occupatus in deſcribendo Archi-Dapiferatu

ex

ex medii recentiorisque æui ſcriptoribus. Quod ſcriptum proxime prelo ſubiiciet. Iam typis illud exſcribi curaſſet, niſi libellos de codicillis indulti connubialis; de matria Romanorum poteſtate; Commentarium ad Klugkiſtium de Duellis inprimi curaſſet. Aſt quis Prouinciam Archi-Camerarii? Hic aqua hæret. Laudo magnum meum Doctorem. Perill. Dn. de Ludewig indigito. Semper mihi magnum ac venerabile huius grandæui ſenis fuit nomen. Is in Commentario ad Auream Bullam Caroli IV. Imp. libro non ſatis laudando, non modo de omnibus Archi-Officiis, ſed præſertim de Archi-Camerario tam multa ſingularia, erudite atque ſolide tradidit, quæ alibi fruſtra quæruntur. Nuper acceſſi ad Perill. Virum. Conſcripſeram breuem meditationem: Quid cauſſæ ſit; quare Archi-Mareſcallus imperatori præferat enſem? More ſolito lubens accepit. Tunc inter ſermones dixi, me occupatum eſſe adhuc in deſcribendo Archi-Camerarii officio. Probauit propoſitum. Suaſit laborem. Commendauit inſtitutum. Hinc maiori alacritate animum ad ſcribendum adpuli. Deus augebat vires. Sit ei laus gloriaque. Librorum adparatus fuit ad manus, quorum ſat magnam copiam poſſideo ipſe. Deinde aditus ad Bibliothecas publicas, immo priuatas, mihi nunquam fuit præcluſus. Magno adficior gaudio, quando recordor, qua humanitate Triga meorum Præceptorum de Ludewig, Boehmerus, Heineccius, commodarunt exquiſita, rara atque pretioſa opera. Magnis Viris innumeras maximasque gratias ago. Neque ſilentio prætereo Virum S. R. Chriſt.

Bened.

Bened. Michaelem, &, Excellent. Franckium, qui ex publicis Bibliothecis, & olim, & nunc in commodandis libris operam præſtiterunt. Atque Celeb. Zſchackwitzii aliorumque Fautorum & amicorum beneuolentiam effero laudibus. Sufficiant dicta. Vlterius progredior. Halenſis ciuis ſum. Subditus Poruſſiæ Regis, domini mei longe clementiſſimi. Id etiam ſubdit ſtimulos de Archi-Camerario ſcribenti: boni ciuis officium eſſe, in eorum iura inquirere, quos ut noſtros ſuperiores adoramus & colimus. An præſtiterim? Iudica. Id mihi honoris duco, magni ac tanti Principis cauſſam agere. Primarius inter Archiofficiales Archi-Camerarius. Loquuntur publica monumenta. An inter electores obtineat ius proædrias? Controuertitur. Si ſuffragium ferre licet; dubito valde. Sed annon inter Archiofficiales? Adfirmatur. Adſtipulor. Hinc ſi ius proædrias obtinet inter Archiofficiales, quis tenet primas? Titubant! me iudice, Archi-Camerarius. Deſideras probationem, Si negotiis haut es occupatus, perlege. Caterua ſcriptorum, diplomatum publicorumque monumentorum incurrit in oculos. Vale et faue! Scripſi in Regia Fridericiana MDCCXXXVI.



CAP.

CAP. I.

DE ORIGINE ARCHIOFFICIORVM SACR. ROM. GERM. IMP.

§. I.

Conſcripſerunt ante nos viri doctrina conſpicui, libros (a) de officiis aulicis. Multum ſtudii & laboris impenderunt in eorum originibus eruendis. Varias in vias (b) diſtrahuntur. Nec ſatis queo mirari de de re tanta, inter viros tantos, tantum eſſe ſententiarum discrimen. Vitio igitur nobis verti poſſet cibum toties adpoſitum iterum adponere. Sed quum inſtituti noſtri ratio ab aliorum plane diuerſa ſit; B. L. noſtris cogitationibus indulgebit.

(a) Iam primo intuitu ſe ſiſtit *monumentum vetus*, ſeculo Chriſtiano quinto, *Theodoſio iuniore* imperante ſcriptum, cui titulus: *Notitia vtriusque Imperii.* PANCIROLLVS in *Præfat. ad h. l.* ALCIATVS in *Parergis V. cap. Lib. 13.* eam adpellitat: *Breuiarium Theodoſii iunioris.* Eleganti Commentario hanc notitiam illuſtrauit *Guido* PANCIROLLVS, vir de Antiquitate Romana inſigniter meritus. De nouo edendum curauit GRAEVIVS in *Theſauro Antiquit. Roman. Tom. VII.* Porro *Iacobus* GVTHERIVS, Vir in antiquitate incomparabilis hic eſt nominandus. Confecit doctiſſimus Vir pereruditum opus *de officiis Domus Auguſtæ*, quod in SALENGRE *Theſaur. Antiquitat. Rom.* reperitur. Scripſit *Auctor* quum ſtudiorum cauſſa ruri degeret, & vitam ageret quietam. Omnia officia Domus Auguſtæ adcurate deſcripſit, &, iſte liber eſt inſtar Commentarii *Libr. vlt. Cod. Iuſtin.* Nec laude ſua defraudandus eſt CODINVS, qui adcuratam Aulæ Conſtantinopolitanæ deſcriptionem reliquit. IVNIVS hunc libellum ex græca lingua vertit in latinam, &, *Iacobus* GRETSERVS elegantiſſimis illum illuſtrauit obſeruationibus. Denique *P. Iacobus* GOAR in hunc libellum commentatus eſt, & CODINVM cum ſuo atque GRETSERI Commentario de nouo edendum curauit *Lutet. Pariſ. 1648.* Vir R. S. *Chriſt. Bened. Michaelis* hoc egregium opus beneuole me-

cum

eum communicauit ex Bibliotheca Fridericiana, cui quidem pro sua in me beneuolentia quam maximas habeo gratias. Deinde de officiis aulicis Regum Francorum *Hincmarus* RHEMENSIS commentatus est. Nam ordinem Palatii, qualis sub *Carolo M.* fuerat, descripserat ADALARDVS abbas. Ex hoc libro multa desumsit HINCMARVS in *Epistola pro Institutione Carolomanni Regis*, & habetur *Tom. II. Oper.* Quod scriptum ideo æstimandum, quia ex hoc, doctrina de Archiofficiis in Germania insignem capit lucem. Non verba, quæ B. HAHNIVS, summus Historicus de hoc libello in *Obseruat. Iur. Publ. ad Medii æui Mores* §. 1. *lit. a. p.* 5. facit, faciam mea. Sequentem enim in modum differit: *Aureus iste libellus, quem hic commendat Hincmarus, & totum ferme describit, attentionem meretur eo maiorem, quo maiorem Francicarum rerum intelligentiam habuit eius auctor. Tam adcurate enim, tam exquisite pulcherrimam aulæ dispositionem & ordinem ante oculos ponit, tam diligenter Comitis palatini, Cancellarii, Camerarii, Senescalci, Marescalci, cæterorumque officialium omnium, maiorum minorum munera describit, tam fuse de reliquis aulicis, de imperii ipsius administratione, de comitiis generalibus, ac specialibus, de sessu magnatum & aliis agit, vt Francici status plenam fere notitiam ex præstabili illo monumento, cuius nobiliorem partem, veluti fractam ex naufragio tabulam, conseruatam esse lætamur, haurire licet.* Neque silentio prætereundæ sunt *LL. Palatinæ Jacobi II. Maioricæ Regis*, quæ extant apud PAPEPROCHIVM in *Actis SS.* TOM. III. *Mens. Iun.* Acceperunt *P. P. de S. I.* qui in colligendis *Actis SS.* magno Historiæ commodo adhuc occupatissimi sunt, harum Palatinarum Legum pretiosissimum Cod. MSC. quem doctissimus *Daniel* PAPEPROCHIVS typis exscribendum curauit. Et quoniam hæc *Palatina Ordinatio*, non modo in aulis principum, sed etiam in rebus ecclesiasticis, &, ad statum publicum pertinentibus, non exiguum præstat vsum, ceu *Perill. Dn. de* LVDEWIG, immortale Fridericianæ decus in *Comment. ad Aur. Bull.* TOM. II. *Tit. XXXVI. ad* §. *I. p.* 555. & ipse *Daniel* PAPEPROCHIVS in *Præf.* adnotarunt; operæ pretium videretur, si illa seorsim euulgaretur. Ipsi R. R. P. P. de S. I. in *Præfat. cit.* TOM. III. promiserunt, quod illi, qui seorsim has Palatinas Leges prelo subiicere velit, non solum MSC. Sed etiam

iam laminas transmittere velint. Sequitur MALLINCROTIVS qui de officiis secularium Electorum disserit, cuius labor non posthabendus. *Hermannus* CONRINGIVS etiam de *Officialibus Imperii* egit. Quum vero omnia fere CONRINGII scripta sint quantiuis pretii, hoc etiam laude sua non defraudandum, licet saepius MALLINCROTIVM sequatur. Scripsit porro singularem *de Officialibus & Subofficialibus Imperii* libellum WAGENSEILIVS. Iudicium de hoc scripto habes in *Perill. Dn. de* LVDEWIG magni mei Praeceptoris, *Formula Ducatus Brandenburgici p. 62. Scriptum enim,* inquit, *de Archiofficialibus testatur, virum hunc plus operae in illis praestitisse, quam in Germaniae, medii praesertim aeui documentis posuisse.* Eruditam etiam nauauit operam in hac materia *Ill.* MASCOVIVS in *Dissert. de Origine officiorum Aulicorum,* quod scriptum, vt eius omnia, magni aestimandum. Praeterea habuit *Georg. Adam* STRVV. singularem *Dissertationem de Subofficialibus Imperii,* quae tamen brachio leuiori exarata. Neque negligenda sunt, quae eruditi viri D. D. GLAFEY & ESTOR *de Ministerialibus* adnotarunt. Lectissimas etiam habent obseruationes SPELMANNVS et FRESNEVS in *Glossariis.* Denique *Perill. de* LVDEWIG in *Comment.* ad *Aur. Bull.* omnium optime Origines, progressus, fata atque statum praesentem Aulicorum Archiofficiorum, tradit. Obiter moneo, me ex hoc libro in studio Iuris publici atque feudalis plus didicisse, quam Septennii me Academici spatio in Collegiis.

(b) Concurrunt multae virorum eruditorum opiniones. WAGENSEILIVS & de GOEBEL, originem officiorum aulicorum, aulae Byzantinae debere natales, contendunt; hinc demigrasse officia aulica in Franciam atque ex Francia in Germaniam, putant. MALLINCROTIVS quidem ingenue fatetur, quod multi Aulae Constantinopolitanae mores se in Germaniam insinuauerint; sed tamen nil certi determinare audet. Contra *Hermannus* CONRINGIVS neque ex Latio, neque ex Thracia petit ortum munerum Palatinorum, sed eorum natales solummodo quaerit in Germania. Cui & addit candidissimum calculum *Ill.* MASCOVIVS in *cit. Dissert.*

§. II.

Si nostram hac de re sententiam aperire licet; iis calculum adiicere non dubitamus, qui officiorum aulicorum origines apud Francos, ex aula Byzantina petendas (c) esse docent.

(c) Id, vt credamus, nos mouent plures caussæ. Et quidem 1) quod nomina officiorum aulicorum aulæ Constantinopolitanæ, pæne etiam reperiuntur in Erancorum Regum Palatio, licet postea nomina mutata sint. Verum enim vero, qui CODINI de officiis aulæ Constantinopolitanæ, cum elegantissimis GRETSERI & GOARIS obseruationibus librum euoluit, reperiet multa officia, qui etiam in Francia obtinuerunt. Neque id mirandum 2) quia primus Francorum Rex *Clodouæus* ab Imperatore *Anastasio* in numerum *patriciorum* receptus fuit. Quum enim *Clodouæus* paganismum eierasset, nomineque Christo dato, a *Remigio* Orthodoxo Episcopo, sacramento baptismi initiatus esset; commotus Imperator *Anastasius*, transmisit ei diadema palliumque purpura tinctum, fecitque illum patricium & consulem vrbis honorarium, Quod donum etiam *Clodouæus* lubens lætansque suscepit. Audi *Gregorium* TVRONENSEM *Lib. II. Hist. Cap. 38. Clodouæus*, inquit *ab Anastasio Imperatore codicillos de consulatu accepit, ac in basilica B. Martini tunica blattea indutus est, & chlamide, imponens vertici diadema. Tunc adscenso equo aurum argentumque in itinere illo, quod inter partem atrii & ecclesiam ciuitatis est, præsentibus populis manu propria spargens, voluntate benignissima erogauit.* vid. AIMOIN. *Lib. I. cap. 22.* conf. *Dissertat. V. C. Petri* GEORGISCH, mihi musisque meis amicissimi, *de Origine status Imperii præsentis*. Hinc facile inducimur ad credendum; *Clodouæum* etiam ordinem Palatii, secundum aulæ Constantinopolitanæ mores instituisse. Nam, vt diximus, officia Palatina aulæ Byzantinæ, officiis aulicis Francorum Regum, fere sunt simillima. vid. CODINVM *de Officiis Aulæ Constantinopolitanæ* passim. 3) Quid? quod reges Francorum mores Romanorum atque Græcorum sunt sequuti? Nam *Clodouæus* habebat *Aurelianum* administrum, et scripsit se *principem Romanum*. AGATHIAS testatur quod omnia, secundum Romanorum mores ordinauerit. Callebat latinam linguam, vt probatum id dedit *Ioannes Iacobus* CHIFFLETIVS in *Anastasi*

stasi Childerici. Et de *Carolo Caluo* testantur *Annales Fuldenses ad an. 876. ap.* FREHER. & *Sigebertus* GEMBLACENSIS *ad h. a.* quod fuerit Romanorum Græcorumque gloriæ & luxus æmulus. vid. CHIFFLETIVS *in Anastasi Childerii Cap. XVII. p. 251.* & B. HEINECCIVS in *Syntagm. de Sigillis P. I. Cap X. §. IV. p. 117.* Vlterius. Notum est 4) quod adeo Franci differentiam secundum ius Romanum statuerent inter bona principis α) *fiscalia,* β) *patrimonialia,* &, γ) *reipublicæ ærarium.* Quid ergo mirum, si in administratione republicæ ius Romanum adoptauerint Franci; & multo magis id fecerint in ordinandis officiis palatinis. Et licet postea *Clodouæus,* quum satis se in solio tutum videret, triplex illud ius a) *fisci* b) *patrimonii principis* & c) *ærarii* in vnum nomen *Fisci* scilicet, confuderit atque non amplius admiserit distinctionem, ceu docet *Clar. Georgisch. in cit. diss.* obtinet tamen hodienum hæc differentia in nostra Germania, licet aliis nominibus vestita. Nam 1) *fiscus principalis* audit die Cammer und Domainien-Güter, 2) *patrimonium principis* die Chatuoll-Güter, &, 3) *reipublicæ ærarium* die Landschaffts-Casse. Vt ideo plane nullum sit dubium, quin etiam, rebus sic se habentibus, huius iuris natales sint quærendæ in Latio seu potius Thracia. Vnde venerunt ad Francos, &, hos Germani nostri sequuti sunt.

§. III.

Habuerunt itaque Francorum Reges in palatiis suis d) officia aulica. Quæ, licet ad speciem introducta, tamen maxime (e) necessaria erant.

(d) Isti, qui officiis aulicis præerant, vocabantur *Palatini Ministeriales,* ad differentiam aliorum *Ministerialium.* Varios huius vocabuli significatus explicat Dn. GLAFEY *de Ministerialibus.* Multi *Palatini Ministeriales* erant, qui leguntur in *Hincmari* RHEMENSIS *Epistola de Ordine Palatii Tom. II. Oper.* & FRESNEI *Glossario.* Quod autem officiales adpellati sint *ministeriales,* adparet ex *Capitulari Caroli M. de anno 800. de Ministerialibus Palatinis* ap. BALVZIVM TOM. I. *p. 342.* ubi: *Vt vnusquisque Ministerialis Palatinus diligentissima inquisitione discutiat primo homi-*

nes suos, & postea pares suos, si aliquem inter eos, vel apud eos ignotum hominem vel meretricem latitantem inuenire possit. vid. *Du.* FRESNE *in Glossario v. Ministerialis.* SCHILTER in *Comment. ad Ius Feud. Alemann. cap. 113. p. 399. Dn.* CLAFE? *c. 1. Lib. I. Cap. I. Sect. I. §. 2. p. 7.*

(e) Est hoc quidem verissimum, Reges & Imperatores aularum magnifecisse magnificentiam. Sed tamen non temere putandum, quod hæc officia fuerint ob splendorem & magnificentiam tantum; sed vti diximus, erant officia aulica valde necessaria. Nil enim in palatio regio est, quod non & necessitatis caussa & decoris. Saltim adducam *Codicem Iustinianeum, Notitiam Vtriusque Imperii,* & CODINI *librum de officiis Constantinopolitanæ* aulæ, vbi multa officia describuntur, quæ vsum præstabant in administratione Reipublicæ. Et probe obseruandum, hos palatinos officiales tam aulæ curam gessisse, quam etiam vt plurimum gubernacula reipublicæ tenuisse. Quis vero crederet ea tantummodo fuisse introducta in splendorem decoremque palatii? Non modo apud Christianos Reges talia reperiuntur officia, sed etiam apud barbaros. Quod ideo me in admirationem rapit, quum istorum officiales, cum aularum nostrarum officialibus magnam habeant similitudinem. Ad rem illustrandam breuiter mentionem facere lubet Turcorum Sultani Palatii. Est ibi *Marascalcus* seu *Præfectus prætorio* der Groß-Vezier, *Muffti* der Ertz-Priester; *Reis-Effendi* der Cantzler; *Kislar-Agasi* der Cämmerer; *Teffterdar* der Schatz-Meister aliaque plura officia, quæ coaceruare non nostri propositi est. Saltem id moneo, hæc omnia officia aulica, secundum morem Imperatorum Orientalium, a Turcis post Byzantii expugnationem fuisse introducta, atque sarta tecta seruata.

§. IV.

Hæc officia palatina apud Francos sensim (f) numero creuere, & tamen, quod admiratione dignum, pauciora postea apud Germanos in Chartis leguntur; quatuor nempe, CAMERARII, MARESCALLI, DAPIFERI et PINCERNAE. Et licet ARCHICANCELLARIATVS *Germaniæ, Arelatensis Italiæque* inueniantur; priores tamen vetustate (g) non æquant. Id quod etiam adfirman-

mandum de ARCHI-THESAVRIO, cuius officium olim ARCHI-CAMERARIVS administrauit. (h)

(f) Non dicam de *Comite Palatii, Domestico, Magno Referendario, Magno Apocrisiario, Archi-Capellano, Buticulario, Mansionario* & *Falconario* de quibus HINCMARVS TOM. II. *Oper. p.* 207. MEZEREVS TOM. I. *Abbregé Chronol. p.* 115. CANGIVS *in Glossario* c. v. Carl Friederich Buri in der Erläuterung über Schilteri Lehen-Recht, & *Perill. Dn. de* LVDEWIG in *Comment. ad Aur. Bull.* TOM. II. vberrime egerunt. Nonnulli arbitrantur, ab vetustissimis Regum Francorum temporibus quatuor semper primaria aulica officia fuisse, veluti *Camerarii, Dapiferi, Marescalci & Pincernæ.* At contrarium patet ex citatis Auctoribus. Et licet ad ita dictam Caroli Crassi, de *Expeditione Romana, constitutionem* confugiant; non tamen hæc illis præsidio est, quia hoc idolum a viris eruditis BOECLERO, OBRECHTO, SCHVRTZFLEISCHIO aliisque iamdudum destructum est, & nouissime laruam detraxit huic constitutioni *Perill. Dn. de* LVDEWIG vir laude nostra multo maior, in *Præfat.* TOM. I. *Reliquiar.* §. 30. *p.* 67. & in *Diurnis Halens. de anno* 1734. *n.* 49. *vbi p.* 787. sic concludit: Im übrigen mag die Form zu dieser falschen Müntze etwa zu Caroli IV. Zeiten in der Longobardischen Hohen-Schule, zu Prag, geschnitten; aber wohl niemahls gepräget worden seyn. Cuius sententiæ nos subscribimus, non curatis aliorum variis conatibus.

(g) Probatum id dedit Vir rarissimæ eruditionis *Perill. Frideric. Canc. Dn. de* LVDEWIG *in Comment. ad Aur. Bull.* TOM. II. *Tit.* XXVI. §. 2. conf. MALLINCROTII librum *de Archicancellariis Imperii.*

(h) Officium *Archi-Thesaurarii* primo Comiti Palatino ad Rhenum collatum fuit. Postea autem Elector Brunsuico-Luneburgensis hanc spartam exornauit. Vterque hodie in titulo se adpellant *S. R. I. Archi-Thesaurarios.* vid *Ill. ac Generos. Dn. de* GOEBEL. *De Origine Archiofficorum* CAP. II. vbi *Archi-Thesaurarii* munus erudite descripsit, & HACKMANNVS *de Archithesaurario* Helmst. 1711.

§. V.

Hæc officia Palatina Germanis eum in modum placuerunt, vt

vt illa iam temporibus Regum Francorum secundæ stirpis in (i) Germania introducta sint. Tractu temporis sensim plures Germaniæ Principes in suis (k) aulis officia Palatina instituerunt. Qui mos hodie adhuc in viridi est obseruantia adeo, vt non modo Principes Electores, tam (l) ecclesiastici, quam (m) seculares; sed etiam (n) Duces officia aulica die Erb-Hoff-Aemter habeant. Immo nullus iustus censetur principatus, in quo non sunt quatuor isti (o) officiales.

(i) Hoc egregie illustratur ex Historia Gvelphorum. Ita enim *Monachus* WEINGARTENSIS *in Chron.* ap. LEIBNITZ TOM. I. *Scriptor. Rer. Brunsuicens. In diuersis prouinciis prædia & dignitates sibi adcumulare cœperunt. Unde & in tantum ditari diuitiis & honoribus regibus præstantiores, ipsi quoque Romano Imperatori homagium facere recusabant, & viribus propriis confisi omnes terminos suos, per se magna industria & fortitudine defendebant. Domum quoque suam* REGIO MORE *ordinabant, ut ita quæque officia in eis, id est, ministeria dapiferi,* PINCERNAE MARSCALLI, CAMERARII, SIGNIFERI, *per comites vel iis æquipollentes regerentur. Præfecerunt etiam familiæ suæ, tam maiori quam minori, unum de maioribus curiæ, quem nominabant advocatum, qui vice sua pro omnibus suis staret coram regibus, seu ducibus, vel aliis iudicibus, & in quacunque caussa vel querimonia pro eis responderet.* Adstipulatur *Ill. a* LEIBNIT: *in Introd. ad Scriptor. Rer. Brunsv. n. 55.* ubi ait: *Gvelfi antiqui, sive ex Agilolfingis, vetustis Baioariorum Rectoribus, ut quibusdam viris doctis placet; olim in Sueuia & Bauaria hereditarias nullique feudorum legi obnoxias ditiones habuere, quæ tunc insignis prærogativa habebatur: usque adeo, ut quidam ex illis Ethico indignaretur Henrico filio, quod insignem terrarum tractum sub homagii conditione imperatoris beneficio recepisset. Principes ergo habebantur etiam, qui Duces Comitesque (quod feudale erat) non adpellarentur; qui tamen Domum suam aliquando, regio more per ministeria comitum, vel his æqualium regebant, ut de Guelfis habet scriptor quem damus.*

(k) Sic in LEZNERI *Chron. Corbeiens. p. 138. & 142.* relatum legimus, in Abbatia Corbeiensi a Ludouico Pio anno 815. introducta

ducta esse quaedam officia aulica *Marscalli & Pincernae.* ID AUCT. *l. c.* Haec officia iam Henrici III. Imp. tempore, fuisse hereditaria exinde colligo, quod iste Imperator anno 1047. ministerialibus, praedictae abbatiae significauit, mortuo abbate uniuersae ecclesiae vacare, praeter quatuor principalia, *Dapiferi, Pincernae, Marescalci* & *Camerarii*, quae non sint auferenda heredibus legitimis. Sic enim legitur in *Annal. Corbeiens.* ap. LEIBNITZ: TOM. II. *Scriptor. Rer. Brunsv. p. 304. quod officiatorum filii seniores & legitimi patrum officiis succedant pleno iure. Et p. 271.* idem Imperator id significauit Ecclesiae Bremensis Ministerialibus. Monendum hic obiter, quod ANNALISTA mentionem faciat Henrici VI. Sed errorem in Henricis subesse, adnotauit V. C. HALTHAUS in *Memoria Iuris publici certi* SECT. II. §. *I. lit. a.* Notatu dignum est, quod anno 1230. Noribergae iudicatum a Principibus, feminas in quatuor istis officiis principalibus succedere non posse. Id docet KETTNERVS in *Antiqu. Quedlinb. p. 219.* vbi: *Quod nulla virgo vel mulier in vllo quatuor officiatorum principalium scil.* DAPIFERI, PINCERNAE, CAMERARII, MARSCALLI *ratione hereditatis fratri suo succedere possit.* Quod postea etiam confirmauit Carolus IV. Imp. anno 1377. KETTNER *c. l. p. 363.* SCHATENIVS recitat in *Annal. Paderbornens. P. I. p. 784.* Diploma, vbi Imperator Conradus III. mentionem iniicit *Dapiferi, Pincernae* & *Camerarii* Abbatiae Corbeiensis. Idem SCHATENIVS *c. l. 8. 818.* aliud diploma, Coenobio Hardehusano concesso, exhibet, in quo quatuor officiales aulici leguntur, veluti *Camerarius, Dapifer, Pincerna & Marescallus.*

(l) De tribus Ecclesiasticis Electoribus, *Moguntino, Treuirensi* & *Coloniensi*, expedita res est. Etiam Episcopi habent officiales aulicos. Atque vt de *Bambergensi* moneam, sunt Principes Electores eius officiales. De Episcopo Vltraiectino refert HEDA *ad an 1121. p. 282.* quod habuerit septem in aula officiales. 1) *Dapifer* Dux Brabantiae; 2) *venator* Dux Geldriae, 3) *Marescallus* Comes Hollandiae, 4) *Camerarius* Dux Cliviae, 5) *Janitor* Comes Benthemensis, 6) *Pincerna* Dominus de Cuke, 7) *Signifer* Dominus de Choer.

(m) Non est instituti mei haec prolixe tractare. Saltem hic adducam, quae de hereditariis, Marchiae Brandenburgensis, officialibus

B

libus congessit *Perill. Dn. de* LUDEWIG *in Formula Brandeburg. Ducat.* §. *VIII. lit. c. Sunt*, inquit, *Camerarii*, Comites Suerinenses; *Marescalli*, nobiles de Putliz; *Thesaurarii* nobiles de Schenk; *Dapiferi*, Barones de Ho..erbek; *Venatores* nobiles de Grœben; *Pincernæ*, nobiles de Hake.

(n) Imperator Fridericus II. in literis inuestituræ, Ottoni de Luneburg datis, Serenissimis Ducibus Guelphicæ gentis concedit, ut habeant suos ministeriales. Diploma apud BECMANNUM *in Syntagm. Dignit Illustr.* sic habet: *Ceterum Ministeriales suos in Ministeriales adsumentes eidem concessimus, eosdem ministeriales iuribus illis uti, quibus Imperii Ministeriales utuntur.* In Ducatu Brunsuico-Guelpherbutano sunt *Marescalli*, Domini de Ollershausen; *Pincernæ*, Domini de Neindorff; *Camerarii*, Domini de Cramm; *Dapiferi*, domini de Veltheim, ceu docet WISMANNUS in *Diss. de Feudis Brunsuicensibus & Luneburgicis*, sub Præsid. *Celeb. Augustini* LEYSERI, in Academia Julia publice ventilata, p. 44. De Ducatu Clivensi refert HOPPE in *Epitom.* CAP. XI. *p. 31.* quod ibi sint 1) Erb-Hoff-Meister die von Wylich 2) Erb-Cämmerer von Eyl 3) Erb-Schenck von Boetzlat 4) Erb-Marschall von Palans. In Carniolæ Ducatu undecim hereditarii officiales reperiuntur, qui leguntur apud VALVASOR in der Ehre des Hertzogthums Crain Lib IX. Cap. II. p. 10. 1) Erb-Hoff-Meister, die Grafen von Thurn 2) Erb-Cämmerer, die Grafen von Auersperg 3) Erb-Marschalle, die Grafen von Auersperg 4) Erb-Stallmeister, die Grafen von Lamberg 5) Erb-Jägermeister, die Grafen von Khiesel 6) Erb-Stäbelmeister, von Eib 7) Erb-Mund-Schencke, von Eggenberg 8) Erb-Silber-Cämmerer, von Katzenstein 9) Erb-Vorschneider, Grafen von Anckenstein 10) Erb-Truchsess, von Hohenwarth 11) Erb Falckenmeister, von Panizolli. Plura adducere non lubet, quum in hac re nobis otium fecerint *Dn.* GLAFEY *Ministerialibus Lib. I. Sect. II. p. 12. 13.* seqq. & LIMNAEUS *ad Aur. Bull:* CAP. XXVII. §. *6. p. 568. 569.*

(o) Hoc adeo verum est, vt etiam abbates, qui ab Imperatoribus principes salutati sunt, quatuor officiales desiderarent, ceu videri potest ex Diplomate apud *Reu. P. Bernhardum* PEZIUM *Tom. III. Thesauri anecdotorum nouissimi, P. III. inter monumenta*

ta

in Historiam Monasterii Benedictoburani illustrantia N. XV. p. 645. 646. conf. eruditissimi PEZII *Dissertationem Isagogicam* in primum Thesauri Tomum. *§. XXXI. p. 15.*

§. VI.

Sed standum coeptis. Familia Regum Francorum cum Ludouico infante extincta, & Germania nostra, quae sub iugo Francorum adhuc gemuerat, iterum libertatem consequuta; Germani eligebant Regem (p) Conradum I. qui multa ad exemplum Francorum (q) introduxit.

(p) Imperium Francorum erat absolutum, quia armis conditum. Duces a Regibus erant suppressi, & sub imperio unius continebantur. Sed stirpe Carolingica exarescente, Germaniae principes plures, suasu Ottonis Illustris, Conradum eligebant regem *Ditmarus* MERSEBURGENSIS *Lib I. Annal. p. 325.* Conradus ex stirpe Carolingica ortum trahebat. vid Diplomata apud BROWERUM *Tom. I. Annal. Treuirens. Lib. IX. §. 57. p. 445.* HUNDIUM *in Metropoli Salisburgensi Tom. I. p. 249. Tom. II. p. 366.* conf. ADLZREITER *P. I. Annal. Boior. Lib. XIII. n. 10. 11. p. 309.* TOLNER *in Historia Palatina cap. II. p. 20. cap. VII. p. 168. & in Codice Diplomatico ad ad Histor. Palatin. p. 13.* in not. sub. lit. B. Hinc non mirandum, si Conradus I. morum Francicorum aemulus fuerit.

(q) Scripsit GUNDLINGIUS *Differt. de statu Reipublicae Germanicae sub Conrado I.* Sed opposuit *Perill. Dn. de* LUDEWIG *Opusculum Germania Princeps sub Conrado I.* Licet autem GUNDLINGII Dissertatio erudite sit elaborata, tamen eius argumenta longe a veritatis via aberrant. Immo sunt nocua non solum Principibus Germaniae, sed etiam Imperatori, vt *Perill. Canc. Dn. de* LUDEWIG in *Diurnis Halensibus* contra Reuerend. Abbatem Göttwicensem probatum dedit. Quid? quod etiam his Pseudo-principiis, Gallorum Praetensionum scriptoribus CASSANO, PUTEANO, AUBERIO aliisque gladium suppeditamus quo nos ferire possunt.

§. VII.

Conradus electus, Triburiae Palatium intrabat, eoque modo

do quo Carolingi regnare (r) volebat. Quid ergo mirum, eum etiam Palatium suum per officia aulica (s) regere constituisse, quamuis non iuerim inficias, illum, morem (t) germanorum conseruasse.

(r) Id fatetur ipse GUNDLINGIUS *in cit. Diss.* §. *VII.* & omni exceptione maius est testimonium *Witichindi* CORBEIENSIS *Lib. I. Annal.* quod Henrico Aucupi omnem patris potestatem tradere recusauerit. Sed non non adsentimur Gundlingio, qui putat, illud iure factum fuisse vid. *Perill, de* LUDEWIG *in Germ. Princ. Postcaroling. sub Conrado I.*

(s) De his nil certi habemus. Sed quantum coniecturis adsequi licet, Conradus I. etiam habuit officiales. Ex incuria vero Scriptorum, horum officiorum tunc temporis, neque vola neque vestigium ullum extat. Et cave existimes, Principes Imperii Conrado præstitisse officia aulica! Minime gentium. Qui enim istius temporis statum animo reuoluit, reperiet, Germaniæ Principes, ex caussis, quas recenset ὁ πάνυ de LUDEWIG in *Comment. ad Aur. Bull. Tit. XXII.* §.1. *p. 656.* non ambiisse archiofficia.

(t) Indigito illum Teutonicum morem, quo etiam Germaniæ Principes regebant Palatia, ceu luculento testimonio ex Historia Guelphorum id superius docui §. *V. lit. b.* At Conradus etiam fuit Dux Franciæ Orientalis. Hinc sine dubio domum suam, regio more, scil. per ministeriales rexit.

§. VIII.

Henricus I. cognomine Auceps excipit Conradum I. Quædam in aula eius officia (u) palatina obtinuisse, certum est. Sed qui fuere qui illis præfuerunt, ignoro cum ignarissimis.

(u) De Archiofficialibus tamen hic repetenda sunt, quæ diximus §. VII. lit. s. Caue tamen credas, ac si tum temporis nulla officia palatina floruerint in Henrici Aucupis Palatio. Omnino flouerunt. Sed hic incuso incuriam negligentiamque scriptorum rerum Germanicarum, qui monachi, & multa inutilia referunt, vtiliora autem posthabent.

§. IX.

§. IX.

Sed clariorem notitiam de Archiofficiis in Germania suppeditat historia Ottonis M. Illo enim Imperatore electo, & inauguratione peracta, regiis epulis præfuerunt quatuor Archiofficiales, (v) scil. CAMERARIVS, DAPIFER, PINCERNA & MARESCALLVS.

(v) Magni momenti est locus *Witichindi* CORBEIENSIS *Lib. II. Annal.* apud MEIBOM. TOM. I. *Scriptor. Rer. German. p. 643. Lothariorum Dux*, inquit, *Giselbertus, ad cuius potestatem locus ille pertinebat*, omnia procurauit; (Camerarius) *Everhardus Franconiæ Comes* mensæ præfuit; (Dapifer) *Hermannus Sueuiæ Dux* Pincernis; (Pincerna) *Arnulphus Bauariæ Dux* equestri ordine & eligendis locandisque castris *præfuit* (Marescallus). Sed noua exoritur quæstio; num omni tempore quatuor Archiofficia in Imperio Germanico fuerint? Et adfirmauerim. Licet etiam coniecturis contentus esse debeam. Reges Francorum, ceu iam dictum, plura aulica officia introduxerunt. Sed germanis placuit, quià reliqua his facile poterant iungi, vt tantummodo quatuor Archiofficiales, veluti, *Camerarium, Marescallum, Dapiferum, Pincernamque* constituerent.

§. X.

Qui aulica ista Archiofficia tempore Ottonis II. administrauerunt, non proditur memoriæ. Sed iterum Ottonis III. ætate archiofficiorum, quibus Principes Germaniæ, quum Otto III. Quedlinburgi Paschatis festum (w) celebraret, fungebantur, mentio iniicitur. Notatu dignum est, quod omni tempore in Germania Archiofficia, priusquam facta fuerint hereditaria, ab Imperatoribus nullis nisi (x) Germaniæ Principibus collata sint.

(w) Id relatum legimus apud *Ditmarum* MERSEBVRGENSEM *Lib. IV. p. 349.* apud LEIBNITZ TOM. I. *Scriptor. Rer. Brunsuicens. Celebrata*, inquit, *solemnitas in Quedlenburg a rege* (Ottone III.) *vbi quatuor ministrabant Duces Henricus ad mensam; Cunradus ad Cameram; Hezil ad Cellariam; Bernhardus equis præfuit.* conf. SCHATENII *Annales Paderbornenses* TOM. I. *p. 329.* Ex DITMARI

RI *loco videri potest, olim archiofficiales, non modo in coronatione Imperatorum, sed etiam Imperatoribus festos dies seu alias solemnitates celebrantibus, officia sua executos esse.* Quod ideo magis notandum, quia hodie electores in imperatorum coronatione solum, archiofficia administrant. Putant nonnulli tempore Ottonis III. Boleslaum Slauorum Ducem fuisse Imperii *Marescallum.* Id colligunt ex DITMARI MERSEBVRGENSIS relatione *Lib. VI. Chron. Merseburg* vbi legitur: *In cuius* (Pentecostes) *vigilia Bolislaus cum securitate obsidum apud se relictorum venit, & optime suscipitur. In die sancto manibus adplicatis miles efficitur & post sacramenta regi ad ecclesiam ornato incedenti armiger habetur.* Sed male interpretantur DITMARI verba. Nam officium *armigeri* ab officio *Marescalli* toto coelo diuersum erat. *Du* CANGE *in Glossario v. Armiger. Ill. Dn.* MASCOV. *in pererud. Dissert. De Origine Officior. Aulicor.* §. 35. Praeterea moris erat, imperatoribus ad templum euntibus, gladium praeferre. *Decreta Concilii Seligenstadensis Cap. VII.* apud *Auct.* ANON. *Vitae Meinwerci* §. *LXXVI. p. 552. Decretum est in eodem concilio, vt nemo gladium in ecclesiam portet, regali tantum excepto.* Hinc insignem capit lucem locus *Ditmari* MERSEBVRGENSIS *Lib. IV. Chron. p. 354.* vbi Imperator Otto M. ait: *Dum hodie ego ad sacra limina Apostolorum perorabo, tu gladium continue super caput meum teneto.*

(x) Est hoc valde momentosum, & ex adductis locis facile probari potest. Repetamus locum *Witichindi* CORBEIENSIS *Lib. II. p. 643. Lothariorum Dux,* inquit, *Giselbertus omnia procurabat; Euerhardus Franconiae comes mensae praeerat; Hermannus Sueuiae Dux Pincernis; Arnulphus Bauariae Dux equestri ordini & eligendis locandisque castris.* Itaque *Camerarium* agebat Dux Lotharingiae Giselbertus, Princeps primarii ordinis in Germania. Euerhardus Franconiae Comes erat *Dapifer* etiam primarii ordinis Princeps. Sueuorum & Boiorum Duces similiter primarii ordinis Principes erant. Alterum testimonium *Ditmari* MERSEBVRGENSIS *lit. w.* adductum nostram etiam sententiam probat. Sed hic monendum id, quod ex DITMARI loco citato *Christophorus* GEWOLDVS *de Septemuiratu Cap. X. p. 196. 197.* probare velit: *Ducem Bauariae iam eo tempore officium archi-Dapiferi administra-*

nistrasse. Quod Archiofficium ab hoc tempore Bauariæ Ducibus hereditario iure obuenisse. Ad suam sententiam corroborandam adducit FREHERI *Orig. Palat. P. I. Cap. XV.* Sed vtrique errant, quia Archiofficia demum tempore Friderici I. Imp. facta sunt hereditaria atque per *Auream Bullam* Caroli IV. Imp. firma reddita, ceu apertissime colligit Fridericianæ immortale decus *Perill. Dn. de* LVDEWIG *in Comment. ad Aur. Bull. Tit. XXVII. §. I. p. 663.* Sed supersunt soluenda nonnulla dubia, quando legimus, Reges Daniæ, Poloniæ Bohemiæque in solemni Cæsaris progressu ensem prætulisse. Nonnullis videtur, hos reges administrasse officium *Archi-Marescalci.* Sed hoc non congruit cum nostra sententia, vbi adseruimus, nulli præterquam primarii ordinis Germaniæ Principi, archiofficium esse demandatum. Constat prædictos Reges non inter Germaniæ Principes esse relatos. Nam in arcana principum imperii consilia exteros reges admittere, Germanici Imperii saluti maiestatique obesse videbatur, vt verba *Perill. Dn. de* LVDEWIG in *Form. Brand. Duc. p. 63. lit. b.* mea faciam. Hi reges fuerunt Imperii & Imperatoris clientelæ addicti, ceu omnes scriptores antiqui & recentiores vno ore testantur. Sed necesse est, vt exempla adducamus, vbi imperatori reges ensem prætulerunt. De Rege Daniæ, qui Lothario Imp. ensem prætulit, refert *Otto* FRISINGENSIS *Lib. VII. Chron. Cap. 19.* apud VRSTIS. *p. 149. Lotharius,* inquit, *Imperator Regem Daciæ* (Daniæ) *in signum subiectionis, ad decorem Imperialis reuerentiæ gladium sibi sub corona deferri fecit.* De Polonorum Duce Bolizlao, qui Imperatori Lothario idem præstitit testatur CHRONICON *Montis Sereni ad an. 1135. Imperator adsumtionem S. Mariæ in Merseburch celebrat, vbi Bolizlaus Dux Poloniæ, & Othilricus Dux Bohemiæ, cum ceteris Principibus adfuerunt, vbi etiam Bolizlaus gladium imperatori reportauit.* Etiam Martisburgi, Rex Daniæ Sueno, Imperatori Friderico I. gladium tulit, de quo *Otto* FRISINGENSIS *Lib. II. cap. 5. de Gestis Friderici.* Simile exemplum, de Pribizlao Bohemiæ Regi, memoriæ prodidit *Arnoldus* LVBECENSIS in *Chron. Slauor. Lib. VI. cap. 2. Boemo* ait, *etiam maior dignitas accessit, vt cum antea ducatum teneret, titulo regio a Philippo sublimatus, ibi & ipse procederet coronatus & gladii reguli baiulus.* At qui omnia congesta hæc

testi-

testimonia rite examinabit, is facile animaduertet, clientelares reges ensem imperatoribus non prætulisse vi officii Marescallatus; sed *in signum subiectionis, & ad decorem imperialis reuerentiæ*, vt loquitur *Otto* FRISINGENSIS loco supra allegato. Sed tamen inuestigandus est mos, vnde originem traxerit, quod clientelares reges Imperatori ensem prætulerint. Si sententiam meam ferre licet, ideo id factum fuisse puto, quia reges ensibus inuestiebantur, reliqui autem principes vexillis. Si itaque Imperator diadema consequebatur, siue aliæ solemnitates in eius curia celebrabantur; clientelares reges locum, vbi aula imperatoris degebat, petere debebant; **Sie musten an denjenigen Ort, wo der Käyser Hoff-Lager hielt kommen.** Tunc in publicis solemnitatibus imperatori gladium præferebant; certo indicio, quod sua regna a manu Imperatoris imperiique accepissent in beneficium, & tanquam Vasalli imperatoris maiestatem comiter venerarentur. Habeo duo omni exceptione maiora testimonia veterum scriptorum, quæ ad sententiam nostram probandam adferre lubet. Ita enim *Otto* FRISINGENSIS *Lib. II. de Gestis Friderici I. Cap. 5. Est consuetudo curiæ*, inquit, *vt regna per gladium, Prouinciæ per vexillum a Principe* (Imperatore) *tradantur vel recipiantur.* Huic suffragatur GVNTHERVS *in Ligurino Lib. I. v. 545.* vbi de inuestitura Daniæ Regis mentionem iniicit:

Huc etiam geminos Petrum simul atque Guidonem,
Danorum proceres, quos inter sanguine iunctos
Mouerat eiusdem regni dissensio litem,
Euocat ac tali caussam ratione diremptam
Terminat; ut quædam prouincia tota Guidoni
Cederet, at regnum cum nomine Petrus haberet.
Ergo ubi VEXILLO *partem, quam diximus, ille,*
Hic autem GLADIO *regnum suscepit ab ipso*
(Hunc etenim longo seruatum tempore morem
Curia nostra tenet) posito diademate Petrus
Regali dextra tulit alti Principis ENSEM.

De huius litis decisione etiam *Otto* FRISINGENSIS c. l. sic scribit: *Sueone per porrectum* GLADIVM *in regno confirmato; & Canuto per* VEXILLVM *de prouinciis quibusdam inuestito &c.* Nænias

itaque

itaque canit MALLINCROTIUS *p. 171.* qui ex loco *Ottonis* FRISINGENSIS *Lib. 7. cap. 9.* & a nobis supra allegato, probare contendit: Regem Daniæ fuisse Marescallum S. R. G. I. Et porro ineptit, quia adserit, iam eo tempore fuisse archiofficia hereditaria ac nonnullis Familiis Ducalibus propria. Si foret hoc verum, cur hodie Rex Daniæ non amplius est Imperi Archi-Marescallus? Est hoc MALLINCROTII adsertum valde vidiculum & contra omnem historicam fidem. Quid multa? Supra allata testimonia illud plane destruunt redduntque vanum.

§. XI.

Et ab hoc tempore usque ad Conradum Salicum imperatorem scriptores silentio tegunt archiofficia. Qui autem Conrado II. Imp. regnante archiofficiis functi fuerint, compertum non (y) habeo.

(y) Solus WIPPO *p. 428.* σύγχρονος meminit officiorum Palatinorum in Germania. *In dispositione curiali*, inquit, *quem rex maiorem domus statueret, quos* CUBICULARIORUM MAGISTROS, *quos* INFERTORES *&* PINCERNAS, *& reliquos officiarios ordinaret, diu non est supersedendum, quum illud breuiter dicere possim, quod nullius antecessoris sui ministeria aptius & honorificentius prouisa memini vel legi. Ad quam rem plurimum valuit ingenium Augustensis Episcopi Brunonis, & Wernheri, Argentinensis Episcopi, consilium.* Placet verba, quæ ad hunc locum addit B. HAHNIUS *in pererudit. Dissert. De Conradi Salici Electione ac coronatione p. 60. lit. a.* recitare. Quod WIPPONIS *testimonium*, inquit, *cum aliis* WITICHINDI *Lib. II. Annal p. 643. &* DITMARI *Lib. IV. p. 349. collatum, argumento est luculento & euidenti, Archiofficia, illo etiam æuo, hereditaria nondum, sed vaga, sed ambulatoria, sed ex solo Regum nutu, amicorumque consilio, in singulis actibus nouiter constituta, & nunc huic, nunc illi maiorum Ducum delata fuisse.* Ego vero adcuso WIPPONEM, qui de his officiis Palatinis scribit leuiter. Operæ pretium fuisse videretur, si prolixius disseruisset, qui Duces tum temporis Archiofficiis fuerint functi. Ipse ait: *quod ministeria nullius ex antecessoribus Conradi Salici aptius & honorificentius essent prouisa;* & tamen statim stationem deserit. Ego vero arbitror quod etiam Imperator Conradus II.

nemini, nisi Principibus Germaniæ hæc splendida archiofficia contulerit.

§. XII.

Ab hoc ævo usque ad Friderici Barbarossæ tempora sunt archiofficia perobscura, quia rerum Germanicarum Scriptores muti sunt ut pisces. His autem temporibus (z) archiofficia in Imperio quasi post liminio reducebantur, eaque Imperii Principes administrarunt. Tunc facta sunt hereditaria, quæ postea gentibus quibusdam Ducalibus æternum insuta atque innexa manserunt, donec per Auream Bullam Caroli IV. Imp. fundamentalem Imperii legem, iis confirmata & in perpetuum firma reddita sint.(*)

(z) Scriptor qui tunc temporis archiofficiorum meminit est *Arnoldus* LUBECENSIS *Lib. III. Chron. Slavor. cap. II. ad an. 1182.* Ita enim ille: *Tempore illo Fridericus Imperator edixit curiam famosissimam & celeberrimam apud Moguntiam, quæ celebrata est in Pentecoste anno verbi incarnationis MCLXXXII. Imperii aut regni sui XXXVI. ut filium suum Henricum Regem militem decoraret, & gladium militiæ super femur eius potentissimum accingeret. officium* DAPIFERI *seu* PINCERNAE, CAMERARII *seu* MARESCALLI *nonnisi reges vel duces aut marchiones administrabant.* Sed ARNOLDUS haut prodit, quinam principes horum archiofficiorum gesserint curam. Ergo de his loca ex aliorum Scriptorum relationibus suppeditanda sunt. Sed hic obiicies forte; Reges etiam administrasse Archiofficia, licet id supra negaverim. Sed mea sententia tamen firma manet. Nam quidem Rex hic archiofficio quodam functus est, sed ille ut Princeps Germaniæ imperio adscriptus erat. Qui quidem fuit Uladislaus Bohemiæ Rex, quem *Aeneas* SYLVIUS *in Hist. Bohem. Cap. XXIV* propter res in obsidione Mediolanensi egregie gestas, a Friderico Barbarossa dignitatem regiam rursus obtinuisse, prodit memoriæ. Hinc *V. C.* DITMARUS *in Diss. de Origine Electorum p. 14.* coniectura sagaci adsequi videtur: quod propter eadem merita Archipincernatus quoque Bavaris ademtus in Uladislaum fuerit translatus. Id probare adnititur ex diplomate Rudolphi I. Imp. quo

quo Wenceslao genero suo Archiofficium confirmavit. Quod diploma publici iuris fecerunt GOLDASTVS in den Reichs-Satzungen *Tom. II. p. 35.* & LAMBECIVS in *Comment. Bibliothec. Cæsar. Vindobonens. Lib. III. Cap. 8. p. 828. 829.* Dubia tamen hæc opinio est. Nam *Arnoldus* LVBECENSIS *in Chron. Slavor. Lib. VI. cap. 2.* refert: quod Pribizlaus Bohemiæ Dux ab Imperatore Philippo ad regiam dignitatem sit evectus, quum antea tantum Ducatum tenuisset. Nescio itaque qui fiat, quod *Aeneas* SYLVIVS tale tradat de Uladislao. Sed valde etiam dubito adhuc: num rex Bohemiæ eo tempore *archipincernatum* obtinuerit. Nam Philippi Imp. ætate prætulit gladium. *Arnold.* LVBECENS. *Lib. VI. cap. 2.* Ergo nondum Bohemiæ rex fuit Archipincerna. Porro in diplomate, Friderici II. ap. *Perill. Dn. de* LVDEWIG *in Opusc. de Suffragio Regni Bohemiæ Cap. II. §. 8. p. m. 63.* quo Bohemiæ regem ab onere, comitia frequentandi fecit immunem, non legitur, imperatorem illum adpellasse *archipincernam.* Neque ullius archiofficii, tunc temporis Bohemiæ Regi proprii, mentio iniicitur. Hinc firmius est vinculum consequutionis: Bohemiæ Regem nondum Friderici II. imp. ætate, neque *Archipincernatum*, neque aliud *archiofficium* habuisse. Hinc eorum argumenta, scil. *Wenceslai* HAGECII in der Böhmischen Chronick p. 132. 33. GOLDASTI *de Regno Bohemiæ Lib 2. cap. 3. §. 19. in not. sub lit. k p. 167. Lib. III. cap. 8. §. 4. p. 416. 17. & Cap. 14. §. 33. p. 508. ut & Bohuslai* BALBINI *in Epit. Rer. Bohem Cap. III. p. 107.* qui adserunt; Bohemiæ Regem iam tempore Ottonis M. administrasse archiofficium, putrido, imo nullo nituntur fundamento, & vento facile in prædam cedunt, ceu id egregie docuit *Dn.* HAHNIVS in der Reichs-Historie *P. II. p. 90. lit. o.* Potius igitur *Archipincernatum* sibi vindicauit Bohemiæ rex tempore Rudolphi Habspurgici imperatoris, ut recte docuit *Perill. Dn. de* LVDEWIG in aureo ad *Aur. Bull. Commentario Tom. II. p. 743. seqq.* Plene planeque etiam ibi de *Archipincernatu* egit, mihique otium fecit. Porro *Arnoldus* LVBECENSIS *Lib. III. cap. 9. ad an 1182.* scribit: etiam Duces vel Marchiones fuisse, qui archiofficiis fuerint functi. Duces fuere Conradus, Dux Rhenanus, qui eo tempore *Archidapifer* erat. vid. *Carol. Ludov.* TOLNERVS *in Histor. Palatin. Cap VI. p. 171. & V. C.* DITMARI *Differt. de Origine Electorum Sect. II. §. 6.*

p. 14. Alter fuit Bernhardus, Saxoniæ Dux, &, *Archimarescallus*. Non tamen occurrit vestigium quod Duces Saxoniæ se *Archimarescallos* scripserint, ceu recte monuit *Conr. Sam.* SCHVRTZFLEISCH *Volum. Dissert. p.* 785. *& p.* 572. Notatu tamen dignum est, quod anno 1361. Dux Ericus Saxoniæ, titulum Electoris, &, *Archimarescalli*, in iniuriam Rudolphi Electoris usurparet. Sed pro Rudolpho pronunciauit Imp. Carolus IV. in Diplomate, quod ex membrana descripsit *Dn.* HALTHAVS *in Memoria Juris publici certi, Sect. II. p.* 18. *lit. i.* & hic adponere lubet: Wir Carl von GOttes Gnaden Römischer Keyser, zu allen Zeiten mehrer des Reichs ꝛc. Entbieten dem Hochgebornen Ericken Hertzogen zu Sachsen unsern und des Heiligen Reichs-Fürsten, unser Genade und alles Gutes. Uns hat der Hochgeborn Rudolff Herzog zu Sachsen des Heiligen Reichs Obrister-Marschalck unser Ohem und Fürste vorgeleget, alleine er des Heiligen Reichs Obrister-Marschalck und Chur-Fürste sey, und daß mit allen Chur-Fürsten und auch vor andern Fürsten des Reichs recht und redlich ausgetragen sey, als er es auch von seinen Eltern hergebracht hat, und in Gewehre und Gewalt ist, doch so nennestu und schreibest dich des Heiligen Reichs Obristen Marschalck und giebest für, du seyst ein Chur-Fürst, Sintemahl nun mit gemeinen Rathe und einträchtigen Willen aller Chur-Fürsten zu einem ewigen Rechten gericht ist, als in unsern Keyserlichen Recht-Buch geschrieben stehet, daß die Würde und Fürstenthumb der Chure an dem Reich nicht sollen getheilet werden, und soll in izlicher solcher Wirdigkeit einer seyn, der der Chur und Stimme, und aller Rechten eines Chur-Fürsten gebrauche, So gebieten Wir dir mit Keyserlicher Macht an diesen Brive und wollen das du an dem nechsten Freitage vor Sanct Gallentage an unsern Keyserlichen Hofe, wo Wir damne werden seyn, vor unser Wirdigkeit kommest und dich umb soliche Sache verantworttest und gebest und nehmest, was dem obgenanten Hertzogk Rudolffen und dier darunter die Fürsten finden zu einem Rechten, Auch solstu wissen, ob du denselben Tagk nicht hildest, darzu Wir dich laden als darvor begriffen ist, daß Wir dannoch in den obgeschribenen Sachen, mit der Fürsten Rath thun wollen, alles das Wir mit recht thun sollen und mögen. Und wollen ihn auch bey allen seinen Rechte mechtiglich

lich behalten, Mit Urkund diß Brives versiegelt mit unserm Keyserlichen Maj. Insiegl. Geben zu Prage nach Christus Geburt dreizehenhundert Jahr darnach in dem Ein und Sechzigsten Jahre an Sanct Johannes Tagk, als er enthauptet wurde, unser Reiche in dem Sechzehenden und des Keyserthumbs in dem Siebenden Jahre. Per Iohannem Decanum Glogl. Sed ad rhombum. Scribit denique ARNOLDVS l. c. *Marchiones administrabant archiofficia.* Marchio cuius hic iniicitur mentio, fuit Brandeburgicus, nomine Otto. Dubitare quis posset: num Brandeburgensis Marchio isti conventui interfuisset? Sed mox dubium cessabit, si evolvatur *Ottonis* de *S.* BLASII *Chronicon*, qui *Cap. XXVI. p. 210.* scribit: DVCEM SLAVORVM *in ista curia fuisse.* Qui nullus alius fuit, nisi marchio Brandeburgicus.

(*) Tit. XXVII. Hinc iniquam esse sugillationem *Dav.* BLONDELLI, qui ex vanitate Carolum IV. Imp. hæc primum instituisse, putat, recte iudicauit *Ill.* MASCOVIVS *in Princ. Iuris publici p. 180.* Possem hic prolixius disserere de Archiofficiis. Sed quum in hac materia viri eruditi mihi otium fecerint, atque huius opusculi Cancellos transgredi nolim; præterea etiam de Archi-Camerario S. R. G. I. hic agere mecum constituerim; remitto B. L. ad WAGENSEILII, CORINGII, GOEBELII, MASCOVII aliorumque virorum eruditorum *libros de Archiofficiis* quos §. *I. in not.* citaui. Instar omnium tamen commendandus est *Perill. Canc. Dn. de* LVDEWIG egregius ad *Auream Bullam Caroli IV. Commentarius*, vbi singulorum Archiofficiorum munera, erudite tractata atque solide illustrata sunt.

§. XIII.

Hæc sunt, quæ de origine Achiofficiorum prælibare volui. Plura etiam de sub-officialibus hic tradere potuissem; sed in eo iam instructissimi sunt (**) alii viri eruditi, vt non opus sit recoctione. Quare huic capiti imponimus colophonem.

(**) Sic WAGENSEILIVS descripsit *Vice-Cancellarii Imperii* officium Nouiter hoc argumentum in publica arena disputauit *Ill.* BOEHMERVS in pererudita *Diss. de Episcopo Vice-Cancellario Imperii* De Subofficialibus Imperii egit WAGENSEILIVS. Iudicium *Perill.*

Dn. de LVDEWIG habes ſupra §. I. in not. G. A. STRVVIVS etiam ſingularem de *Suboſſicialibus* Imperii habuit *Diſſertationem.* Sed olent naribus meis eius commenta, quia admodum auctor ieiunus eſt in Hiſtoria atque Publico iure. Summis iterum effero laudibus *Perill. Dn. de* LVDEWIG, qui in prælaudato *Comment. ad Aur. Bull. Caroli IV. Imp.* materiam de *officialibus* omnium optime explicuit. Adhuc dicendum erit de BODINO, qui, archiofficiis aliquid ſeruile ineſſe, putaſſe, tradunt eruditi. Nolui ipſe hoc problema reſpondere, quia fuſiorem BODINI verborum explicationem fecerunt MALLINCROT. *p. 168.* ARVMAEVS *ad Aur. Bull. Cap. XXVII. p. 325. Ill. a* COCCEII in *Iurispubl. Prudent. p. 210. Ill. de* GOEBEL. *de Orig. Archioff. p. 22.*

CAP. II.

DE ARCHI - CAMERARIO

SACR. ROM. GERM. IMP.

§. I.

OCcupatus adhuc fui, in originibus atque fatis Archi-officiorum eruendis, demonſtrandis. Ideo CAP, I. præmiſi, vt eo magis eluceat, quænam ratio horum Archi-officiorum in Romano Germanico Imperio fuerit. Præcipue autem materiam illam fuſius tractaui, quia rebar, inter inquirendum in ARCHI-CAMERARII officium mihi multa, quæ iam peregi inſeruitura eſſe, quæ mihi nunc denuo fuiſſent adducenda; quamuis proprie ad hanc rem non feciſſent.

§. II.

His prælibatis, ſtatim me ad ARCHI-CAMERARII officium, quod hodie Auguſtiſſimæ genti Poruſſicæ æternum adnexum eſt. Sed quum compertum habeamus, archiofficia ex aula Byzantina in Franciam eſſe allata; operæ erit pretium, munus CAMERARII aulæ Conſtantinopolitanæ inueſtigare. Quamuis vero officium CAMERARII hic determinare vellem; tamen certi quid definiri non poteſt. Nam in aula Byzantina hoc erat

divi-

diuisum. Et quidam constituti erant, qui veluti CAMERARII officium administrabant (a) CVBICVLARIVS, &, (b) PROTOVESTIARIVS, qui sub officialibus, scilicet CVBICVLARIIS & PROTOVESTIARIIS præerant.

(a) Præcipuus *Cubiculariorum*, siue *sacri cubiculi Præfectus* ο προκαθήμενος τȣ κοιτῶνος adpellabatur. CODINVS de *Officiis Aulæ Constantinopolitanæ Cap. II. n. 60 p. m. 19.* Sacri cubiculi curam &, custodiam, παρακοιμωμενῳ suppositus, demandatam habebat. Præterea lectum etiam ad somnum capiendum in sacro habebat cubiculo, atque ad Imperatorem noctu custodiendum, constitutus erat, immo defuncti Imperatoris corporis cura illi erat demandata, ceu id egregie docuit *Cl. P. Jac.* GOAR ad CODIN *de Offic. Constantinop. Aul. Cap. II. n. 60. p. 33. Præfectus cubiculi* semper in Palatio manebat. Parebant illi *cubicularii* & omnes qui in cubiculo officia præstabant, principisque personam curabant. *L. penult. Cod. de Præpos. Sacr. Cubic.* conf. PANCIROLL. in *Comment. ad Notit. Vtr. Imp. Cap. LXI.* in GRAEVII *Thesauro Antiquitat. Romanar.* TOM. VII. *p. 1491.* & seq. Præterea etiam præerat *silentiariis* L. *penult.* & *ult.* de *Silentiariis* vid. PANCIROLL. c. l. *Cap LXII. p. 1494.* Quales in imperio occidentali sub se habuerit ministros, leguntur apud PANCIROLL. ad *Notit. Imp. Occidit. p. 1861.* Habebat sub se etiam *Præsidem cubiculi*, cui alias parebant *cubicularii.* vid. CODIN. c. l. *Cap. V. n. 28. & n. 80.* Pluribus *Præpositus Cubiculi* gaudebat priuilegiis, quæ recensentur à PANCIROLLO *c. l. p. 1493.* Et quod mirandum, Augustæ *cubiculi Præpositus*, iisdem cum *Præposito cubiculi* Principis priuilegiis gaudebat. *L. vlt. Cod. de Præpos. Sacr. Cubic. Illustris* adpellabatur. Ex quo enim MACROBIVS qui *Scipionis somnium* interpretatus, Saturnalia celebrauit, illustris cognominatus, in eius gratiam omnes Præpositi sacri cubiculi, magistris militum æquati, *Illustres* sunt declarati. *L. I. Cod. de Præpos. Sacr. Cubic.* PANCIROLLVS *c. l. p. 1493. & p. 1861.* Insigne eius, sceptrum erat cuius primus κόνδυλος, seu sceptri calamus aureus erat; sequentes vero ad finem vsque ex aureo & albo colore. CODINVS *Cap. IV. n. 19.* conf. GVIDO PANCIROLLVS l. c. p. 1493. qui præstantissimus auctor docet, quod temporibus Palæologorum capitium

Phry-

Phrygiatum *Præpositus cubiculi* gestaret, pallium purpureum, tunicam ex cocco & auro Phrygiatam in anteriori parte cum imagine imperatoris stantis, in posteriore autem Solio insidentis.

(b) Πρωτοβεστιάριος, *Protouestiarius* præpositus erat *vestiariis*. Maxima eius erat dignitas, & *Panhypersebasto* nondum instituto, ac *Domestico* dignitate secundus fuit, auctore CEDRENO in *Constantino Romani* F. Νικόλαον γὰρ τὸν πρῶτον αὐτοῦ θαλαμηπόλων, Δομέστικον προεβάλλετο τῶν σχολῶν καὶ παρακοιμώμενον. Νικηφόρον δὲ τὸν μετ' ἐκεῖνον τα δευτερεῖα φέροντα, πρωτοβεστιάριον. *Etenim Nicolaum famulorum cubiculi Principem, Scholarum Domesticum & Accubitorem creauit: Nicephorum vero secundas post eum tenentem, Protouestiarium* conf. *Cl. P. Iac.* GOAR. ad CODIN. *Lib. II. n. 6. p. 22.* Docet porro *Cl.* GOAR, eum constitutum fuisse ad tractandam rem vestiariam, immo illi dormire fas fuisse in ipso sacro cubiculo. vid. *Leo* GRAMMATICVS in *Michaële Theophili* F. Ego vero arbitror, eum etiam munere *Thesaurarii* insignitum fuisse. Nam *vestiarium* est locus, in quo non solum vestes, sed & aurum, vasa, lapides pretiosi reponebantur. Id testatur HESIODVS, qui ait; βεστιάριον τόπος ἐν ᾧ τὰ χρήματα τίθενται, καὶ τὰ ἱμάτια τοῦ κοινοῦ. *Vestiarium* locus est in quo pecuniæ reponuntur, & vestes publicæ. Et *vestiarium* pro *ærario* vsurpatur ab *Anna* COMNENA Alexiad. II. Dabo latina verba: *Byzantino cuidam in via obuiam factus, Homericum illud interrogabat: quis inter mortales censeris? Cum vero eum plurimam auri copiam e quibusdam vectigalibus collectam ducere*, καὶ ὅτι πρὸς τὸν κοιτῶνα τοῦτον διακωμίζει, *& ad sacrum cubiculum deferri, percepit.* vid. SVIDAS in βεστιάριον. Et elegantissima adnotatio est GRETSERI ad CODIN. *Lib. III. n. 3. p. 194.* vbi docet; *Vestiarium* etiam vocari ῥουχαριον, *Rucharium*, a vocula *Rock*. Plura loca huc pertinentia congessit GOAR. ad *Codin. Cap. II. n. 6. p. 22.* *Protouestiarius* erat primus præfectus *vestiarii*, eiusque coniux *Protouestiaria* adpellabatur, vid. *Ann.* COMNEN. *Lib. VI. Alexiad.* & GRETSER. *ad* CODIN. *Lib. II. n. 6.*

§. III.

Hi duo, PRAEPOSITVS SACRI CVBICVLI, & PROTOVESTIARIVS, defungebantur recensitis officiis, in Palatio Byzantino. Quum autem

autem ut (c) diximus supra, multa officia Palatina, Francorum reges ad imitationem Constantinopolitanæ aulæ introducerent in suis Palatiis; non mirandum, quod etiam hæc officia in aula instituerent. Probe tamen notandum, quod officium PRAEFECTI SACRI CVBICVLI & PROTOVESTIARII in vnum confuderint, atque constituerint officialem, qui omni tempore (d) CAMERARIVS salutatus.

(c) *Cap. I. §. 11.*

(d) Id ideo factum fuisse puto, quia intelligebant Reges Francorum, vnum facile *rei vestiariæ*, & *pecuniariæ* præesse posse. Hinc ex duobus palatinis officiis nunc vnum. Quod ideo magis notandum, quia CAMERARII officii prærogatiua, iam tempore Francorum Regum primæ stirpis fuit, quod duo talia splendida atque illustria palatina officia, veluti, præfecti sacri cubiculi, atque protouestiarii in vnum, *Camerarii* scilicet, commutata sunt. Itaque firmiter adfirmare non dubito, quin ideo postea *Camerarius* in Palatio Regum Francorum duplici honore dignus censsus sit. Qui mos semper in aula Francica obtinuit.

§. IV.

Sed quia nostra sententia corroboranda est, veluti, quod iam Reges Francorum primæ stirpis in palatio habuerint CAMERARIOS; placet nonnulla scriptorum (e) testimonia quæ huc adprime faciunt, adducere.

(e) Otium hic mihi fecit doctissimus *Carolus du* FRESNE, qui in *Glossario ad scriptores mediæ & infimæ latinitatis*, v. *Camerarius*, *scriptores*, qui de *Camerariis*, qui tempore Francorum Regum primæ stirpis floruerunt, congessit. Nemo tamen nobis vitio vertet, si catalogum de istis *Camerariis* huc sistamus, quum nostram sententiam, ea ætate, officium *Camerarii* iam in Francia innotuisse, dictis testimoniis firmam reddituri simus. Sic sub Dagoberto Francorum rege, legitur quidam nomine *Takto, qui officio Camerarii functus fuit*, apud RATPERTVM *de Casib. S. Galli Cap. I.* Guntranno Regni Franciæ habenas moderante, *Camerarius fuit Vandalmarus*, qui recensetur a FREDEGARIO *Cap. IV.*

D Sed

Sed testimonia de Camerariis Regum Francorum primæ stirpis, quos recenset *Gregor.* TVRON. mihi admirationem incutiunt. Scribit *auctor Lib. IV. Histor. cap. 26. Dirigens quosdam de Camerariis suis, qui exactis a Leontio Episcopo mille aureis, reliquis iuxta possibilitatem condemnarent Episcopos* IDEM *Lib. VI. cap. 45. Ceteri autem*, inquit, *iudices & CAMERARII, qui cum eo properauerant, de Pictauo regressi sunt.* Quid his sibi velit *Gregorius* TVRONENSIS? Vix capio. Tradit plures fuisse *Camerarios* in palatio Regio, cui etiam suffragatur CANGIVS v. *Camerarius* TOM I. *Glossar*, p. 702. Mox tamen hac de re dubitat, & arbitratur, eos fuisse *Camerarios prouinciarum.* Quæ opinio etiam mihi placet. Sed etiam dixerim, quod isti *Camerarii*, de quibus mentionem iniicit *Gregorius* TVRONENSIS, fuerint in palatio, sub moderamine *Camerarii supremi*, licet non inficias inuerim, *Prouinciarum Camerarios*, siue *nuncios Cameræ* etiam paruisse *Camerario Regio.* Putat ILL. MASCOVIVS in pererudita *Dissertatione de Origine officiorum Aulicorum* §. XXXVII. tempore Merouingorum, *Camerarii* spartam occupasse *Domesticum.* Sed variæ me rationes in aliam ducunt sententiam, quod pace eius dictum velim. Nam FREDEGARIVS in *Chronico Cap. IV.* & ex eo AIMOINVS *Lib. III. Cap. 75.* mentionem faciunt non solum *Domestici* sed etiam *Camerarii. Domnolus Domesticus, & Wandalmarus Camerarius, &c.* Si ergo munus *Domestici* atque *Camerarii* unum idemque fuisset; minime FREDEGARIVS & AIMOINVS hos officiales distinguerent. Fides habenda est FREDEGARIO qui Sæculo sallutis reparatæ octauo, & quidem anno 740. vixit. Deinde notandum, quod officium *Domestici* adhuc tempore Regum Francorum secundæ stirpis magnum fuerit atque splendidum. Ita enim AVCTOR *Vitæ S. Arnulfi Episcopi Metensis* ait: *Si deinceps Episcopales infulas gestauit, vt etiam domesticatus solicitudinem atque primatum Palatii ac si volens teneret.* Et apud *eundem* AVCTOREM *Cap. IV.* idem *Arnulfus: Regis Domesticus & consiliarius*, antequam Episcopalem consequeretur dignitatem, adpellatur. Porro c. l. de *Domesticis* sic disserit: *Ita vt sex prouinciæ quas & tunc & nunc totidem agunt domestici, sub illius administratione solius regerentur.* Si igitur iam Merouingorum ætate, *Domesticus Camerarii* munus administrasset; nescio qui fieri potuerit, quod Carolingorum

gorum æuo, hoc munus diuisum, &, *Camerarius* constitutus fuerit, atque simul *Domestici* officium tunc temporis adhuc tamen splendidum atque magnificentissimum adeo, vt postea fierent Episcopi, ceu id testimonio corroboratum. Hinc inducimur ad credendum, tam Merouingorum, quam Carolingorum tempore, maximam inter *Domestici* atque *Camerarii* officia intercessisse differentiam, quod exemplis atque testimoniis luculentissimis probatum dedimus. conf. *Capitul. Reg. Franc. Cap. V. an. 806. Cap. 19.*

§. V.

Hæc de CAMERARIO sub prima Regum Francorum stirpe. Sed clariorem, officio CAMERARII accendit lucem, Historia Regum Francorum Carolingicæ, siue secundæ stirpis. Saltem vnum testimonium adducam. Fuit Bernhardus (f) Comes Barcinonensis, &, Septimaniæ Dux, imperante Ludouico Pio Imp. CAMERARIVS SVPREMVS. De cuius ampla potestate Scriptores passim mentionem faciunt.

(f) De hoc *Bernhardo* loquuntur EGINHARTVS, NITHARDVS & ANNALES FRANCICI *ad an 828.* Ortum suum ex Prosapia Regia trahebat. Natus erat ex patre *Wilhelmo* heroe strenuo. vid TESTAMENTVM *Guilielmi* apud MABILLON, *Sæc. IV. Benedictin. P. I. p. 88.* AVCTOR *Vitæ Ludouici Pii* p. 342. ORDERIC. VITAL. *Lib. VI. Histor. Eccles. p. 598.* in *Andreæ* du CHESNE *Script. Hist. Norm. Antiq.* AVCTOR. *Vitæ S. Guilielmi §. III. p. 73. §. VI. p. 74.* THEGAN. *de Gestis Ludouici Pii §. XXXVI. p. 76. Petr. de* MARCA *dans sa Histoire de Bearn Lib. VIII. Cap. II. §. 5. p. 685. Bernhardus* in Ludouici Pii aula erat *Camerarius.* Et quia eius officium postulabat, ut omnia in palatio procuraret; filii imperatoris Ludouici Pii, &, clerus, illum odio habebant. Præsertim scriptorum improbus *Paschasius* RATBERTVS *in Vita S Walæ Lib. II. Cap. VII.* ap. MABILLON. *Sæc Benedict. IV.* P. I. p. 496. 497. acriter in *Bernhardum* inuehit, illumque *furiam belluamque factiosissimam* adpellare non erubescit; immo illum *magiæ macula adspersum fuisse Cap. IX. p. 499. 500.* tradit. Nonnullorum, inter quos principem tenent locum AVCTOR *vitæ Ludouici p. 391.* AGOBARDVS *in Apologe-*

tico pro filiis Ludouici aduersus patrem §. 2. p. 317. *Tom. XIV. Bibliothecæ Patrum Maximæ.* RATPERTVS *in Vita S. Walæ. Lib. II. Cap. VII. p. 496. Cap. VIII. p. 498. Cap. IX. p. 500.* eo audacia procedit, ut imperatricem Juditham, atque nostrum Bernhardum, *adulterii reos accusare,* haut dubitent. His se opposuit THEGANVS coætaneus scriptor, *de Gestis Ludouici Cap. XXXVI. p. 67.* & ait: *calumniatores mentitos esse omnia.* conf. *Natal.* ALEXANDER qui in *Hist. Eccles. Sec. IX. Dissertat. II.* §. 9. *seq. p. 223. Judithæ* patrocinatur. Optimus tamen, *Judithæ* atque *Bernhardi* caussarum Patronus fuit *Petrus de* MARCA *Lib. III. Marcæ Hispanicæ Cap. XXIII.* §. *I. & 3. p. 312. 13.* vbi: *Odio,* inquit, *quæsitus color Bernhardi cum Juditha familiaritas, quam in peruersum interpretabantur, quum tamen ex muneris palatini necessitate sequeretur, tum quia Bernhardus datus erat rector Carolo.* confer sis *nostram de Jure Domus Brunsuicensis in Terram Mathildicam Commentationem Cap. I.* §. *III. p. 8.* Tradimus supra, quod *Bernhardus* fuerit *Dux Septimaniæ,* quæ regio hodie *Languedocia* audit. Hinc *Ill.* ac GENEROS. *Dn.* de GOEBEL *de Archioffic. Cap. II.* §. *III. n. 1. p. 29.* recte putat: *Bernhardum a Garonnæ usque ad Ebrum tractui impositum fuisse, quoad Francicæ fuerit ditionis.* Nam Francorum dominium latissime se extendebat in Hispaniam. MARIANA *de Rebus Hispanicis Lib. V. Cap. II. Hispan. Illustr.* ISIDORVS *in Chron. p. 725.* BVSSIER. *Hist. Franc. Lib. I. p. 36. Petrus de* MARCA *in Marca Hispanica, & dans sa Historie de Bearn.* Et hac ratione a *Paullo* AEMILIO *in Ludouico Pio p. 130. Comes Gothicanorum adpellatur.* Ex stirpe regali, ut docuimus, *Bernhardus* erat ortus, tam late patentem etiam administrabat ditionem. Hinc mihi oritur opinio, in Palatio Regum Francorum nullum, nisi *Ducem* aut *Comitem,* officio *supremi Camerarii* præfuisse, quia maxima eius habebatur dignitas in regio palatio, & instar *Pro-Regis* erat. Vides itaque, quam maxime habitum sit splendidum officium *Camerarii* in Regno Francico, de quo nunc mox testimonia luce meridiana clariora adducere, animus est.

§. VI.

Sed ut propius ad scopum accedamus, sub examen revocandum esse arbitor, magnificentissimum fulgentissimumque CAMERA-

MERARII officium in Regno Francico, quod olim inter alia palatina officia (g) fupremum fuit.

(g) Caue exiftimes, ac fi hic nonnulla contra rationem veri traderem. Nam bene diftinguo officia palatina quæ a clericis adminiftrabantur, ab illis, quibus laici fungebantur. Nam *Cancellarius*, *Archi-Capellanus & Apocrifiarius* erant clerici; reliqui autem laici. De prioribus non eft fermo, verum de pofterioribus. Quinque palatina munera in aula Francorum obtinebant, quæ recenfentur ab *Hincmaro* RHEMENSI, *de Ordine Palatii*, & MABILLONIO de *Re diplomotica*. Quibus iungendus du FRESNE in *Gloffario* paffim. Intactos relinquimus *Archi-capellanum & Archi Cancellarium*, de quibus confulendus CANGIVS in *Gloffario hh. vv.* Sunt ifta munera palatina fequentia, quæ nonnifi a *Ducibus* feu *Comitibus* adminiftrabantur. *Camerarius*, *Comes Palatii*, *Senefchallus*, *Buticularius*. vid HINCM. c. l. *Cap. 16. 17. 18.* & *19.* Ifte AVCTOR. in recenfione officiorum palatinorum, *Camerario*, præ aliis principem locum attribuit. Nam *Cap. 16. p. 27. Sacrum*, inquit, *Palatium per hos adminiftros difponebatur. Per 1) Camerarium videlicet, 2) Comitem Palati 3) Senefcallum &c.* Quod ideo magis motandum, quia fcriptor σύγχρονος, aulam Francicam defcripfit adcuratiffime. Et in tribuendo *Camerario* primo loco, eum haut hallucinatum effe, palam eft.

§. VII.

Sed in aula Regum Francorum Reginæ non folum erant thori fociæ; fed etiam in publicis negotiis (h) occupatæ, ærarium atque pæne totius palatii curam habebant. Sed ex defectu virium, CAMERARIVS illi adiungebatur, qui illam fubleuaret. Hinc non aliter euenire potuit, ut grauiffimum SVPREMI CAMERARII munus nonnifi Principibus atque optimatibus (i) adminiftrandum, demandaretur.

(h) Dabo locum coæui fcriptoris, qui teftimonium de Juditha, imperatoris Ludouici Pii uxore tradit, & adprime hic facit. Scriptor, quem adduco, eft AGOBARDVS *Lugdunenfis Epifcopus* Hic in *Apolog. pro fil Ludouici §. VIII. Tom. II. p. 61. Cum Chriftianiffimus*, inquit, *& piiffimus imperator Dominus Ludouicus bonæ coniugis,*

iugis, fide & moribus sibi congruentis consortium amisisset, necesse fuit, ut aliam sibi acciperet, quæ ei posset esse adiutrix in regimine & gubernatione palatii & regni: Sane ex hoc loco res tam clara fit, vt merito fluctus in simpulo mouere dicas GVNDLINGIVM, qui in Discours der Reichs-Historie p. 227. §. 11. ait: die Gemahlin Ludouici Pii, Irmengarda, oder Hildegarda, die Schwäbin, starb anno 818. daher er frische Heyraths-Gedancken kriegte, welche ein grosses Malheur vor ihn gewesen. Et p. 228. §. 13. Man kan sich leicht einbilden, daß Ludouicus, der schon damahlen ein betagter Herre gewesen, und ein bigot, besser gethan hätte, wenn er wäre ins Closter gegangen, als daß er allererst sich so eine junge Princeßin beylegen lassen. Eius conditio non aliter ferebat, quam ut sibi adsciseret uxorem in adiutorium, ceu adductus AGOBARDI locus satis superque docet, moxque clarius patebit. Apud Germanos atque Francos, qui etiam Germanicæ originis gentes, non modo reginis, sed etiam alliis foeminis multum honoris fuit delatum. De foeminis Germanis instructus est TACITVS de *Mor. Germ. Cap. VIII.* PLVTARCHVS *de Virtutibus Mulierum*, & ad illum LIPSIVS *in adnotat.* Reges Francorum vxoribus suis non exiguos præstitisse honores, loquuntur diplomata. Sic MABILLON *de Re Diplom. p. 348.* exhibet epilogum priuilegii, vbi legitur: *Et vt hæc auctoritas firmior habeatur, & in omnibus conseruetur, nos, & præcelsa genetrix nostra, Chrodechildis Regina, manus nostra signaculis subter eam decreuimus confirmare. Signum Gloriosi Clodouæi Regis Signum præcelsæ genetricis nostræ Chrodechildis reginæ.* Et *Lib. II. Cap. XXI. p. 156. & 158. lit. B. Primum enim,* inquit. MABILLONIVS, *est priuilegium Lotharii Regis, anno secundo regni eius, id est anno DCCCCLV. datum, cui subscribit Lotharius solito more cum monogrammate & sigillo membranæ adfixo: ac post eum Emmæ Reginæ, Signum Ludouici Regis, Filii eorum.* Et *p. 348.* monet *Cel.* MABILLON. *interdum tunc temporis Augustas interfuisse publicis comitiis siue placitis, atque exemplo Iudithæ id demonstrat.* Nænias itaque canit *Paschasius* RATPERTVS in *Vita S. Walæ Lib. II. Cap. XVI. p. 511.* quando ex impio zelo de *Juditha* sic scribit: *Erat enim cum Augusto Iustina* (Iuditha) *tum temporis, quæ mouebat totius Monarchiæ rursus sceptra, concitabat fluctus & maria, impelle-*

pellebat ventos, & corda virorum ad omnia, quae vellet, conuertebat. Quis non videt improbi ſcriptoris figmenta atque nugas? Imperatricibus enim a maritis imperatoribus non ſolum præclari honores concedebantur, ſed earum etiam conſilia in Imperii adminiſtratione adhibebantur. Quid? quod tanta earum erat auctoritas, vt etiam reginæ, ſicuti reges, ſuos haberent Referendarios, de quibus MABILLONIVS *de Re Diplomatica p. 113. Habebant,* inquit, *& reginæ referendarios ſuos. Vrſicinus quippe Referendarius Vltrogothæ reginæ & Bobolenus Fredegundis &c.* Hæc de Reginis Francorum. Videndum nunc: annon ſcena in Germania immutata ſit? Quod negauerim. Nam eundem morem & ſub Saxonicis Imperatoribus duraſſe, non ſine ratione ſuſpicatur SCHILTERVS in *Inſtit. Iur. Publ. Lib I. Tit. XVI. vbi §. III. p. 179.* De Mathilde, Henrici Aucupis Germaniæ Regis vxore, locum indicem nobis ſuppeditat, in quo legitur: *Conregnante ſua Mathilde coniuge clara.* De nuptiis Adelheidis & Ottonis I. imp. canit HROSVITHA:

Quæ merito regi ſtatim placuit ſatis ipſi,
Eligiturque ſui conſors digniſſima regni.

Teſtantur etiam diplomata ac publica monumenta, quantum honoris atque auctoritatis Adelheidis habuerit. Sic Otto I. imp. in Diplomate Patauinæ Eccleſiæ conceſſo, anno DCCCCLXIII. ait: *dato conſultu & interuentu dilectæ coniugis noſtræ, Adelheidæ & conſortis imperii noſtri.* Plura diplomata congeſſerunt ZYLLESIVS in *Defenſione Abbatiæ S. Maximini P. III. n. 11.* & LEIBNITIVS *in Script. Rer. Brunſuicenſ.* Nonnulla etiam huc pertinentia loca leguntur apud *Ditmarum* MERSEBVRGENSEM *Lib. II. Annal. p. 331. Lib. III. p. 134.* & CLVNIACENSEM in *Vita Adelheidis Cap. IV. p. 264.* Eruditam etiam in eodem argumento nauauit operam *Ill.* MASCOVIVS *ſingulare Academiæ Lipſienſis ornamentum, in Principiis Iuris publici Lib. III. Cap. 4.* Sic etiam Auguſtarum publica ſunt elogia: *Regni & thori ſociæ; conſortis regni & thori.* Chartas Ottonis II. Henrici III. Henrici IV. habes apud LEVKFELD, VGHELLVM, HVNDIVM, BVCHELIVM ad HEDAM & ZYLLESIVM *in defenſione Abbatiæ S. Maximini* vid. *Dn.* WALDSCHMIDT *de Archicancellariatu Abbatis Fuldenſis.* Multa attulit teſtimoni-

monia, GENEROSISS. *Dn. Rudolph a* BVNAV in quantiuis pretii libello, cui titulus: *de Ornamentis & Honoribus Augustarum* Quem amicus meus LANGENHEIMIVS anno 1733. prelo mancipauit. Qui industrius vir in eo imprimis est occupatus, vt opuscula rariora, in commodum reipublicæ literariæ, magnis impensis typis elegantissimis imprimenda curet.

(i) Exemplum Bernhardi Ducis Septimaniæ iam supra adduximus, quod hic repetendum.

§. VIII.

Videndum nunc quam spartam exornauerit CAMERARIVS in aula Francica. Aerarii atque palatii cura, & vti iam diximus, sub auspiciis Reginæ illi erat (k) demandata. Et quia in (l) CAMERA publica pecunia reponebatur, inde CAMERARIVS salutatus est. Caue tamen existimes (m) CVBICVLARII, & CAMERARII officia in Palatio Francico diuersa, &, a se inuicem fuisse distincta, Nam voces CVBICVLARII atque CAMERARII, antiquo tempore, ad idem significandum, adhibitas fuisse, palam est.

(k) Grauis testis est *Hincmarus* RHEMENSIS *de Ordine Palatii Tom. II. Op.* §. *XXII. p. 209.* vbi sequentem in modum differit: *De honestate,* inquit, *palatii seu specialiter ornamento regali, nec non & de donis annuis militum absque cibo & potu, vel equis, ad reginam præcipue, & sub ipsa ad Camerarium pertinebat: & secundum cuiusque rei qualitatem ipsorum sollicitudo erat, vt tempore congruo semper futura prospicerent ne quid tum opus esset, vllatenus opportuno tempore defuisset. De donis vero diuersarum legationum, ad Camerarium adspiciebat, nisi forte iubente rege, tale aliquid esset, quod regina, ad tractandum cum ipso congrueret. Hæc autem omnia, & his similia eo intendebant, vt ab omni sollicitudine domestica vel palatina, in quantum rationabiliter & honeste poterat, Dominus rex omnipotenti Deo spem suam indesinenter committens, ad totius regni statum ordinandum vel conseruandum, animum suum semper promptum haberet.* Et OCKAM *Cap. Quid sit Scacarium: Officium Camerariorum in recepta consistit in tribus, scilicet claues arcarum, &c. baiulant, pecuniam numeratam ponde-*

derant, & per centenas libras in forulum mittunt. Vides, quam graue fuerit *Camerarii* munus; siquidem totius Palatii cura ei incumbebat. Etiam ex locis adductis intelligi poteſt, quod *Bernhardo*, de quo ſupra diximus, iſta auctoritas, a rege conceſſa ſit. Id fatetur NITHARDVS *Lib. I. de Diſſenſ. Filior. Ludouici Pii p. 86. Ludouicus Bernhardum, quendam Ducem Septimaniæ, in ſupplementum ſibi ſumens.* Et mox ſcribere non dubitat: *Bernhardus dum inconſulte republica abuteretur, quam ſolidare debuerat, penitus euertit.* Studio partium hæc tradit NITHARDVS. Nam omnino penes *Camerarium* totius palatii cura erat, qui quandoque regis vices adminiſtrabat.

(l) *Camera* a medii æui ſcriptoribus vocatur *conclaue vbi theſaurus reponitur & ſeruatur.* OCKAM *Cap. Quid ſit Scacarium: Camera eſt locus in quem theſaurus recolligitur, vel conclaue in quo pecunia reſeruatur.* EKEHARDVS IVNIOR *de Caſibus S. Galli Cap. X. Camerarius ſuus illum verbo incuſabat ſecretius, quaſi camera ſua diſperſiones eius ferre non poſſet.* Vſurpatur etiam hoc vocabulum a ſcriptoribus, quorum loca ſedulo congeſſit, Du FRESNE *in Gloſſario* v. *Camera Tom. I. p. 700.* vid HOFFMANNI *Lexicon Vniuerſale* v. *Camera Tom. II. p. 332.* Græci Cameram adpellabant Κοιτὼν, vt docet Du CANGE *ad Alexiadem.* Hinc validum eſt filum conſecutionis, *Camerarium* & *Theſaurarium* in aula Francica vnam eandemque fuiſſe perſonam. FRESNEVS quidem leuiter tractat hoc, & *Theſaurarium* adpellitat *theſauri regii cuſtodem*, v. *Theſaurarius Tom. III. p. 1121.* Hinc nil certi determinat, &, vt videtur differentiam inter *Camerarium* & *Theſaurarium* interceſſiſſe, exiſtimauit CANGIVS. Suppeditat in hanc rem duo loca. In vno legitur: *Deſiderius Theſaurarius Dagoberti Regis*; in altero: *Rado Theſaurorum regalium ſummus procurator, apud* FRIDEGODVM *in Vita S. Audoëni Epiſcopi Rothomag. cap. 4.* apud SVRIVM *in Actis S. S.* Ideo HOFFMANNVS *in Lexico Vniuerſali Tom. II. p. 54. v. Theſaurarius*, ex his locis, aliisque, quorum magnum coaceruat cumulum, probare adnititur, ſeparatum atque diſtinctum fuiſſe *Theſaurarii* munus ab *Camerarii* officio. Valde abſonum eſt hoc HOFFMANNI adſertum. Quod autem alibi locorum, & nouioribus temporibus, *Theſaurarii* munus ab officio *Camerarii* diſtinctum fuerit, ceu docet *Dn.* ESTOR *de mi-*

 niſter

nisterialibus p.58. ex Monastico Anglicano p.944. vbi legitur *Roberto militi tunc* THESAVRARIO, *Rogerio militi tunc* CAMERARIO *Ioanni militi tunc* SENESCALLO. FLETA *Lib. II. cap. 25. & 28.* nostram opinionem neutiquam destruit, quia hic modo quæstio diiudicanda occurrit: num in Francia *Camerarii* & *Thesaurii* munus fuerit seiunctum; an *Camerarius* & *Thesaurarius* pro vna persona habiti sint? Id quod iam supra adfirmaui, & nunc in eo sum, vt firmior reddatur hæc sententia. Nam quod attinet ad testimonia a CANGIO, illumque sequuto HOFFMANNO, relata respondeo: sæpissime variasse illorum officialium adpellationes, prout regibus, aut etiam medii æui scriptoribusplacuit, quorum multa loca adducerem, si instituti ratio id posceret. Vt adeo hallucinentur illi, qui ex variis vniusofficialis denominationibus, etiam varia officia effingere, mirum in modum se torquent. Deinde, vbi res ipsa loquitur non opus est coniecturis. Nam docuimus ex probatissimis scriptoribus, *Cameram esse locum, vbi thesaurus reponitur & seruatur.* Porro si inspicias *Testamentum, seu Breviarium Caroli M.* apud EGINHARTVM *p. 13.* ap REVBER. nullam reperies distinctionem inter *Cameram* &, *Conclaue* vbi reponitur thesaurus. Sic enim ibi legitur: De *thesauris suis atque pecunia, quæ in illa die in Camera eius inuenta est - - omnem supellectilem atque substantiam suam tam in auro quam in argento gemmisque & ornatu regio, quæ (vt dictum est) illa die in camera eius inueniri poterat.* Tandem locus apud EALREDVM *in Vita S. Edwardi Confess. Cap. II. n.9. Camerarius accessit ad thecam in qua æs regium seruabatur - - - Hoc enim cubicularii nomen erat;* satis superque docet, *Camerario* etiam curam *ærarii* atque *thesauri* fuisse demandatam. Denique consentiunt *Leges Feudales Tecklenburgicæ §. 6.* apud *Perill. Canc. Dn. de* LVDEWIG *Tom. II. Reliqu. MSC. p. 297.* vbi: *Si vero ministerialis noster - - absque lumine & camerario dormitorium vxoris nostræ dicatur introiisse. - - - Item si ærarium nostrum absque Camerario nostro introiuit.* Tandem etiam *Thesaurarium*, i.e. *Thesaurus*, vt adnotauit FRESNEVS v. *Thesaurarium Tom. III. p. 1121.* & *Camera* coniunguntur in *Vita Burchardi Episcopi Wormaciensis*, vbi legitur; *Tunc principes qui aderant intrantes Thesaurarium & cameram, vbi putabant pecuniam reconditam, diligenter angulos omnes perscru-*

struxati sunt, *&c.* Et quod maximum, HINCMARVS, qui tam adcuratum de Palatinis officiis libellum nobis reliquit, de *Thesaurarii* officio nil prodit memoriæ. Quod enim *Epist. IV.* ex *Labeanis* de *Thesaurario* refert, huc non quadrat, quia de *Thesaurariis Ecclesiarum Cathedralium* mentionem iniicit, de quibus consulendus CANGIVS c. l. v. *Thesaurarius*. Hinc firmiter concludo; quod si obtinuisset *Thesaurarii* officium in aula Francica, sane tam arduum munus intactum haut reliquisset HINCMARVS RHEMENSIS. Vt adeo verum sit, tunc temporis, nullum Thesaurarii officium in Palatio Francico floruisse, sed hanc spartam occupasse *Camerarium*, licet subsequutis temporibus scena, tam in Gallia, quam etiam in Germania, valde mutata sit. Vt verba faciam, de *Camera* Apostolica illa idem est, quod Pontificis *Thesaurus*, vt docet HOFFMANNVS in *Lexico Vniuersali Tom. II. p. 333.* v. *Camera Apostolica.* Imo *Camerarius*, qui Cardinalis est, vocatur der Cardinal Cämmerling, & *Cameræ Apostolicæ* h. e. *thesauri* papalis & redituum ecclesiæ romanæ curam gerit, ac sede vacante, per illos dies, quibus *Conclaue*, vt dicunt, nondum celebratur, magnam exercet iurisdictionem, monetamque cum gentilitiis suis insignibus cudit. Si sede vacante ex hac vita migrat, ex facultate Bullæ Clementis V. ipsi Cardinales alium in eadem dignitate substituere tenentur, vid. HOFFMANNI *Lexicon Vniuersale Tom. II. p. 333.* v. *Camerarius Cardinalis.* Du FRESNE in *Glossario Tom. I. p. 703.* v. *Camerarius Apostolicus*, qui ex *Onuphrio* PANVINIO tradit: *hoc officium tempore Gregorii VII. esse institutum.* Vides itaque, quod in aula Pontificis idem officium, vti in Francia, *Camerarii* obtineat. Et *Thesaurarius* locum primum, vt dictum est, occupat. Vt adeo opinionis sim, Pontifices Francorum mores in ordinando *Camerario* esse sequutos. Possem etiam hic verba facere de *Camerlengo*, seu *supremo in Palatio Regis Maioricæ Iacobi II. Camerario*; Sed *B. L.* remitto ad §. *XI.* huius capitis, vbi eius officii vberiorem disquisitionem instituam.

(m) Hoc adeo verum est, vt ea de re vix dubitari possit. Mentio *cubiculariorum* tempore Regum Francorum primæ stirpis iniicitur. vid. Du FRESNE v. *Cubicularius Tom. I. p. 1284.* qui testimonia huc facientia collegit. Sed idem laudatus FRESNEVS *Tom. I.*

p. 692. v. *Cambellanus*, nobis obtrudere conatur: *Cubicularium eundem fuiſſe qui Camerarius.* Sed mirifice fallitur CANGIVS. Ipſe enim v. *Cubicularius p. 1285.* opinionis eſt, *quod cubicularius idem fuerit qui Camerarius, ſeu Theſauri Regii cuſtos.* Et recte ſe habet hæc CANGII opinio. Deinde ſententiam ſuam iterum confirmat *v. Cubiculum*, vbi ſimul docet; *cubiculum nil aliud ſignificaſſe, quam Cameram, ærarium, principis theſaurum, ſeu locum vbi reconditur.* Hinc contradictio FRESNEI. Nam teſtimonia POETAE SAXONIS *ad an. 782.* & ANNAL. *Rer. Geſtar. a Carolo M. ad an. 782.* ap. REVBER. *p. 24* & EALREDI *in Vita S. Edwardi Confeſſ. Cap. II. n. 9.* omni exceptione maiora ſunt, ad deſtruendam CANGII opinionem. Admirationem meretur, quod adeo Reginæ habuerint *Camerarios*, ſeu *Cubicularios.* AIMOIN. *Lib. III. Cap. 72. p. 339. His diebus*, inquit, *Fredegundis Cuppanem cubicularium Tholoſam direxit.* Id adhuc monendum eſſe cenſui, quod *Camerarius* etiam *Præpoſitus Cameræ regalis* adpelletur. Sic enim REGINHARTVS in *Vita Ludouici Pii ad an. 817.* vocatur *præpoſitus Cameræ regalis*, quem *Annales Ludouici Pii ad an. 817.* ap. REVBER. *p. 43. Cubicularium* ſalutant. Veroſimile etiam videtur, per *Argentarium* intelligendum eſſe *Camerarium*, quia *Guilielmus* BRITO ap. Dn. FRESNE v. *Argentarius*, illum interpretatur; *per eum qui cuſtodit argentum. Hinc puto, præpoſitum argentariorum,* cuius mentionem faciunt *Leges Wiſigoth. Lib. II. Tit. IV. l. 4. ap.* LINDENBROG. *p. 39.* fuiſſe *Camerarium ſupremum.*

§. IX.

Sed non modo CAMERARIVS in Gallia geſſit palatii curam, ſed etiam ſæpius iuuentutis principi dabatur (n) rector; præficiebatur (o) exercitibus; etiam regalibus (p) codicillis ſubſcribebat; regni ſenator (q) erat, & ad iudicandum pares Franciæ adhibebatur (r).

(n) Sic *Bernhardus*, Septimaniæ Dux, de quo ſupra egimus, a Ludouico Pio rector Carolo Calvo erat datus. *Annal. Bertinian. ad an. 879. Filium & æquiuocum ſuum Ludouicum baiulationi Bernardi comitis Aruernici committens.* vid. *Petrus de* MARCA *Lib. III. Marcæ Hiſpanicæ Cap. XXIII. §. 1. & 3. p. 312. 313.*

Teſti-

(o) Testimonium habes apud LEIBNITIVM, *Tom. I. Scriptor. Rer. Brunsuicens. p. 131.* ubi POETA SAXO *ad an. 782.* sic canit:

Unde palatinis ad se tribus ipse vocatis
Principibus, quorum fuerat CAMERARIVS *unus*
Regis Adalgisus, Geilo stabuli Comes alter
Ductores exercituum fore iussit eosdem.

Id etiam referunt *Annal Rer. Gestar. a Carolo M. ad an. 782. ap.* REVBER. *p. 24. Qui statim accitis ad se tribus ministris suis, Adalgiso cubiculario, Geilone comite stabuli, & Guorado comite palatii praecepit, ut sumtis secum Orientalibus Francis atque Saxonibus, contumaciam Sclauorum audaciam quam celerrime comprimerent.* Nota, quod POETA & ANNALISTA; *Camerario* principem tribuant locum prae *Mareschallo*, &, *comite Palatii*, certo indicio, quod *Camerarius* primus officialium fuerit in palatio.

(p) Est hoc etiam notandum, quod palatii officiales interdum subscripserint nomina sua placitis atque diplomatibus Regum. Praeclare id probatum dedit eximiae eruditionis Monachus Benedictinus, *Ioan.* MABILLON. *de Re Diplom. Lib. II. Cap. XII. §. 13. p. 120. & 121.* ubi docet: *extremis Henrici regis annis adscribi regiis literis coepisse quatuor praecipuos atque primarios palatii regii officiales cum Cancellario.* Ibidem produxit subscriptionem diplomatis a. 1060. scripti, &, ex CHESNEI *Histoire de Montmorency p. 21.* relati, ubi sic legitur: *Balduinus Cancellarius, Rainaldus* CAMERARIVS, *Albericus Conestabularius, Willelmus Sinischalcus, Hugo Buticularius, Rotbertus Cocus.* Plura loca ibidem congessit *doctissimus Vir*, quae rem optime illustrant. Iterum vides, *Camerarium* hic occupasse primum locum, qui mos diu durauit. Licet etiam nullus adesset *Cancellarius*, tamen nomina subscribebant, hac tamen addita clausula: *Data vacante Cancellaria*, vt legitur ap. MABILLON. *de Re Diplom. Lib. VI. p. 603.*

(q) De Consiliariis *Hincmarus* RHEMENSIS *de Ordine Palatii §. XXVI. Tom. II.* OPER. sic disserit: *Consiliarii autem*, inquit, *quantum possibile erat, tam clerici quam laici tales eligebantur qui -- Deum timerent -- nihil regi & regno proponerent &c* Paullo post his adnumerat *Capellanum, Camerarium, Palatii custodem*, aliosque primarii ordinis aulae officiales, illosque *regni senatores* salutare non dubitat. Quis ergo dubitet, quin etiam *Camerarius* regi fuerit a consi-

liis. Firmiorem hanc ſententiam reddit *Albericus* MONACHVS *Trium Fontium* in *Chronico ad an. 695. ap.* LEIBNITIVM *Tom. II. Acceſſion. Hiſtoricar. p. 67.* vbi: *Reges vero Franciæ negotia regni per maiores aulæ regiæ adminiſtrabant, id eſt, per Dapiferum, Conſtabulum ac* CAMERARIVM. Quod autem ſenatoris ſiue conſiliarii regni officium valde fuerit ſplendidum, adparet ex *Gregorio* TVRONENSI, qui *Lib. II. Cap. XXI. p. 39. Vir*, inquit, *ſecundum ſæculi dignitatem nobiliſſimus, & de primis Galliarum Senatoribus. Ita vt filiam ſibi auiti imperatoris in matrimonium ſociaret.* Et de *Vitis Patrum Cap. VII. Pater ei nomine Georgius, mater vero Leocadia ab ſtirpe Vectii Epagathi deſcendens - - - qui ita de primoribus ſenatoribus fuerunt, vt in Gallia nihil inueniatur eſſe generoſius atque nobilius.* Ceterum *Ambroſio* MORALI *ad Vitam S. Eulogii*, illumque ſequuto FRESNEO *v. Senator* adſenſum haut præbeo. Nam varias horum ſenatorum faciunt interpretationes, quæ tamen minime quadrant, quasque, quia leuioris momenti ſunt, prætereundas eſſe, arbitror.

(r) Singulare admodum eſt teſtimonium, quod exhibet *Dn.* GLAFEY *de Miniſterialibus Lib. I. Cap. I. Sect. I. §. 2. p. 7.* Placet hoc transſcribere: *Præterea, cum pares Franciæ dicerent, quod Cancellarius, Buticularius, Camerarius, & Conſtabularius, Franciæ miniſteriales, hoſpitii domini regis non debeant cum eis intereſſe ad facienda iudicia ſuper pares Franciæ, & dicti miniſteriales hoſpitii domini regis e contra dicerent, ſe debere, ad vſus & conſuetudines obſeruandas, intereſſe cum paribus ad iudicandum pares: iudicatum fuit in curia domini regis, quod miniſteriales prædicti de hoſpitio regis debent intereſſe cum paribus Franciæ ad iudicandum pares.* Ad quem locum *Celeb.* GLAFEY *p. 8.* ſequentia addit: *Qui locus*, inquit, *ſimul perſpicuum reddit, quod miniſteria hæc palatina non ſolo cultu regis ceremoniali abſoluta fuerint, ſed & ſedem in conuentibus procerum regni facultatemque vna cum reliquis primoribus Franciæ de paribus iudicandi tribuerint.*

§. X.

Hactenus inquiſiuimus in officium CAMERARII apud Francos. Operæ nunc erit pretium, officium CAMERARII in aliorum

rum

rum regum palatiis inuestigare. Saltem sufficit agere de muneribus CAMERLENGORVM (s) seu potius SVPREMI CAMERLENGI. Quorum magna fuit (t) auctoritas atque potestas in Iacobi II. Maioricæ regis palatio.

(s) Principio iam huius tractationis, videlicet *Cap. I. §. 1. lit. a* dictum fuit de legibus palatinis, quas typis imprimendas curavit *Daniel* PAPEPROCHIVS *Tom. III. Mens. Junii.* Scriptæ sunt *anno MCCCXX.* & paullo ante conditam *A. B.* Cum *Cammerlengis* incipit *P. II. cap. I. p. 27.* Cur autem adpelletur *Camerlengus*, optime docuit *R. P.* PAPEPROCHIVS ad *rubr. Part. II. lit. a. c. Multa,* inquit, *de Camerariis*, CANGIVS, *Camerlengos numquam reperit;* (Sed hic errorem errauit *Cebel.* PAPEPROCHIVS. Nam FRESNEVS *Tom. I. Glossar. p. 691. v. Camerlengus* ait: *Camerlengus, Italis Camerlingo, Camerarius, ærarii quæstor. Bertoldus Camerlengus imperatoris, in charta Lotharii imp. an. 1137. apud* VGHELLVM *in Episcopis Veronensibus.* Ita *vsurpant Ioannes* VILLANVS *Lib. IV. Cap. 2. Lib. VII. cap. 17. Matth.* VILLANVS *Lib. III. cap. 78. & Scriptores Itali passim.*) *Est tamen terminatio in* ling *seu* leng *Teutonibus vsitatissima, in deriuatis a verbo aut nomine, vt Houeling* (Höffling) *aulicus;* Hureling *qui agrum aut domum conductam habet. Est autem Camerlengi in hac curia magna præcellentia super Camerarios, vt patet his speciali rubrica de Camerariis post secundam de Scutiferis Cameræ.*

(t) Patet id ex *P. II. cap. I.* prologo, vbi ita legitur: *Si de forinsecis rebus debite gubernandis nobis propenso studio imminere debeat solers cura; non minus sedula mente curare nos conuenit, vt tam ad nostræ personæ custodiam, quam impendenda obsequia quæ statui nostro rationabiliter congruunt, præsertim ad continuam adsistentiam nostro lateri, nec non ad communicationem domesticam nostrorum familiariorum secretorum, personas fidelitate probatas statusque non infimi deputemus.* Clarior fiet res, si rite eius officium inuestigemus.

§. XI.

Obseruandum itaque, quod in palatio Iacobi II. dicti Maioricæ regis CAMERLENGVS, seu SVPREMVS CAMERARIVS fuerit ex ordine nobilium (u), siue Baronum. Festis diebus ipse officium

officium (u) præstabat; in sacris curam (w) habebat regiæ oblationis; curabat, vt cibi adponendi (x) prægustarentur, & ipse prægustabat; corporis regis curam (y) habebat; Supellectili (z) præerat. Præterea gaudebat potestate animaduertendi in homines facinorosos, imo illis pœnam (a) remittendi. Quod maximum, secretum regis sigillum (b) custodiebat, &, Consiliarius erat, in quem finem etiam iureiurando (c) se obstringebat.

(u) vid. *Ordin. Palat. Iacobi II. Tom. III. Act. SS. P II. cap. I. n. 101. At vero vnus eis erit nobilis seu Baro, qui Camerlengus maior vocabitur.*

(v) *n. 102. aliis diebus alii Camerlengi officia sua præstare tenentur.*

(w) *n. 103. p. 28.*

(x) *n. 104. 105.* Ostia etiam hospitii nocturno tempore visitabat *n. 106.*

(y) *n. 104. & n. 108.*

(z) *n. 109.* Multi qui in palatio degebant, illi erant subiecti *n. 110.*

(a) *n. 110.* Impedito rege pauperibus pedes lauabat Camerlengus *n. 113.*

(b) *n. 115. & p. 40. P. III. Cap. I. n. 170. Iubemus igitur hac utili sanctione, quod in nostra Cancellaria præsit vnus Cancellarius excellens legum Doctor: qui quidem sigilla nostra teneat & custodiat diligenter; excepto sigillo secreto, quod per Camerlengos teneri decreuimus fore optimum.*

(c) *n. 115. Cap. II. & III. Part II. Leges Palatinæ* agunt de *Scutiferis* & *Camerariis*, qui *maiori Camerario* erant subiecti. Hinc inde *supremus Camerarius* vocatur *Camerlengus*, *ad differentiam Camerariorum, Scutiferorumque Cameræ*, quorum officia descripta legis in dict. *Ordin. Palat. P. II. cap. II. & III. p. 30. & 31.*

§. XII.

Dedimus descriptionem aulæ Francicæ & palatii Iacobi II. regis Maioricæ. Videndum nunc, quomodo CAMERARII officium se habuerit (d) in Germanico Imperio.

(d) Vt

(d) Vt supra *cap. I. §. V.* docuimus, officia palatina sensim se in Germaniam insinuaverunt. Hinc nullus dubito, quin etiam *Camerarii* munus in Germanico Imperio obtinuerit

§. XIII.

De CAMERARIO in annalium libris, in quibus res gestæ Conradi I. & Henrici Aucupis descriptæ sunt, nil legimus (e) relatum. Ottonis M. æuo tamen, monumentum de officiis aulicis (f) superest, & quidem quod munere CAMERARII functus fuerit (g) Giselbertus Lotharingorum Dux.

(e) vid. *cap. I. §. VII. & VIII*

(f) Apud *Witichindum* CORBEIENSEM *Lib. II. Annal. p. 643.* Supra iam Monachi retulimus testimonium; sed illustrationis ergo hic iterum repetendum esse, puto. *Duces*, inquit, *ministrabant, Lothariorum Dux, Gisilbertus, ad cuius potestatem locus ille* (Aquisgranum) *pertinebat, omnia procurabat. Everhardus mensæ præerat; Hermannus Franco* (sueviæ Dux) *pincernis; Arnulfus equestri ordini, & eligendis locandisque castris.*

(g) Dubium tamen moverunt eruditi: *num Giselbertus fuerit Camerarius?* inter quos sunt BOECLERVS & HAHNIVS. BOECLERVS in *Histor. Sæc. X. p. 216. Tom. III. Dissertat. Academicar.* hic neque Camerarium, neque aliud archiofficium admittit, & putat. *Giselbertum id tantum egisse, quod omnibus Ducibus incubuerit, ut rege aut imperatore in provinciam, cui quisque præerat veniente, de necessariis ei prospicerent.* Eiusdem fere opinionis est HAHNIVS in der Reichs-Historie *P. II. p. 90. lit. n.* Sed salua res est. Quum enim, ut dictum, officia aulica in Germania, natales debeant Francis; deinde *Hincmarus* RHEMENSIS de *ordine Palatii Tom. II. Op. §. XXII.* de *Camerario* ait: *De honestate palatii, seu specialiter ornamento regali absque cibo & potu, vel quis ad reginam præcipue, & sub ipsa ad Camerarium pertinebat, & secundum cuiusque rei qualitatem ipsorum sollicitudo erat, ut tempore congruo semper futura prospicerent, ne quid, dum opus esset, ullatenus opportuno tempore defuisset;* exinde colligo: Giselbertum officium *Archicamerarii* tempore Ottonis M. Imp. administrasse. Neque adsentimur HAHNIO c. l. qui ex *Chronico Halberstadensi*

p. 141. ubi legitur: *Dominus Conradus, imperialis aulæ Cancellarius, ſagaciter cuncta diſpoſuit, & prudenter, & ut ordinate fierent res omnia fideliter procurauit, probare adnititur*; hunc Conradum, tempore Philippi Sueui, omnia procuraſſe. Nam 1) eo tempore ſcena valde erat mutata; 2) nondum expeditum eſt: num Conradus totius aulæ imperialis curam habuerit? Potius connitor adfirmare: Conradum ſolummodo res, quæ ad Cancellariam ſpectabant, recte inſtituiſſe. Quod autem ad BOECLERI argutias attinet, non eſt quod refutentur, quum iam eruditi viri hanc ſpartam in ſe ſuſceperint, fecerintque otium nobis. vid. CONRING. *de Official Imp.* §. *XII.* ILLVSTR. MASCOVIVS *de Origin. Officior. Aulicor. S. R. I.* §. *XXXVIII.* PERILL. *Dn.* de LVDEWIG in *Form. Ducat. Brandeburg. p. m. 62. & in Comment. ad Aur. Bull. Tit. XXVII.* §. *4. p. 710.* & nouiſſime Ill. noſter HEINECCIVS, præceptor meus ſancte colendus in *Diſſ. de Eminentioribus Ducatus & Ducum Lotharingiæ prærogatiuis.* §. *XII. p. m. 22.* Id monendum cenſeo, quod loco ſupra lit. f. allegato, *Monachus* CORBEIENSIS, *Giſelberto* Lotharingiæ Duci, principem attribuat locum in Germania noſtra, quia fuit *Archi-Camerarius.*

§. XIV.

Sed quia adhuc archiofficia in Germanico imperio erant ambulatoria, & ab imperatorum nutu pendebant; non eſt mirandum, ſi legimus; tempore (h) Ottonis III. alios principes archiofficiis eſſe functos, donec archiofficia in certis principali honore fulgentibus gentibus fixas veluti ſedes, ac ſtabile domicilium reperirent.

(h) Refert *Ditmarus* MERSEBVRGENSIS *Lib. IV. Chron. Merſeb. p. 349.* apud LEIBNITIVM *Tom. I. Scriptor. Rer. Brunſuicenſ.* de ſolemnitatibus ab Imp. Ottone III. peractis, ſequentia: *Celebrata*, inquit, *ſolemnitas in Quedlenburg a rege* (Ottone III.) *ubi quatuor miniſtrabant Duces, Henricus ad menſam; Cunradus ad* CAMERAM; *Hezil ad Cellariam; Bernhardus equis præfuit.* Ex quo loco liquido adparet, ea ætate etiam officium *Archi-Camerarii* in Germania obtinuiſſe. vid. *cap. I.* §. *10.*

§. XV

§. XV.

Alibi iam adnotaui, æuo Friderici Aenobarbi imp. tam ARCHI-CAMERARII, quam etiam ARCHI-MARESCALLI, ARCHI-DAPIFERI & ARCHI-PINCERNAE officia facta fuisse (i) hereditaria. Erat tum temporis Marchio Brandeburgicus Otto, qui officii ARCHICAMERARII (k), in Curia apud Moguntiam habita spartam exornauit. Tunc demum semper Brandeburgensibus Marchionibus serenissimis splendidum hoc magnificentissimumque archiofficium æternum insutum atque innexum fuit.

(i) Supra *cap. I. §. XII.*

(k) Dicis: adseris hoc sine alicuius scriptoris idonei testimonio. Sed indulgeas meis cogitationibus, velim. Si perlegisti hanc meditationem, sine dubio etiam incidisti in *cap. I. §. XII.* ubi luculenter demonstraui: extra omnem dubitationis aleam esse positum, quod Brandeburgicus Marchio Otto, ea ætate officio *Archi-Camerarii* insignitus fuerit. Ibi etiam habes testimonia, quæ nostram sententiam egregie illustrant. conf PERILL. DN. de LVDEWIG, patroni ac præceptoris mei magni, egregium de *Formula Ducatus Brandeburgici Opusculum*, qui *doctissimus Vir p. 66. lit. f.* huic liti finem imposuit. Sed multo clarius omnia hæc elucent ex diplomate, quod reperitur apud GOLDASTVM *Tom. III. Constit. Imp. ad an. 1177. p. 355.* Verba diplomatis sunt: *De mandato filii nostri Friderici, illustris romanorum imperatoris filius Marchionis Brandeburgici Alberti* (Otto) *vir nobilis magnus & potens & Camerarius ipsius imperatoris, & principes Regni Teutonici iuramentum præstiterunt.* Sic vterque auctor ἀνώνυμος *ad an. 1240. ap. Erpold* LINDENBROG. *p. 111. & Albertus* STADENSIS *ad an. 1240. p. 215.* eo tempore Marchionem Brandeburgensem *Camerarium* salutat. Porro PERILL. CANC. DN. de LVDEWIG, vir ad stuporem doctus, in *Form. Ducat. Brandeb. p. 67. in not.* docet, quod in Wilhelmi Hollandiæ comitis electione, non modo elector, sed etiam Archi-Camerarius audiat Brandeburgensis Marchio, quod etiam testantur scriptores ibi relati, videlicet ANONYMVS *magni Chronici Belgii p. 245. Reinerus* SNOIVS *Lib. VII. in*

in Wilhelmo p. 90. Ioannes de BEKA *in Chron. Vltraiect. p. 68. in Ottone tertio episcopo. Ioannes a* LEIDIS *Carmelitanus Lib. XXIII. cap. 9. p. 200.* TRITHEMIUS *in Chronico Hirsaugiensi ad an. 1249. p. 188.* BZOVIUS *Tom. XIII. ad an. 1248. num.* I. conf. PERILL. DN. de LUDEWIG Erläuterung der güldenen Bulle *Tom. II. p. 711.* Porro vir summus, in *Form. Ducat. Brandeb. p. 68. lit. h.* produxit etiam diplomata, in quibus occurrunt denominationes des Ubristen-Kemmerers, obristen-Cammerers, *Archi-Camerarius sacri imperii.* Iuvat illa hic adponere. Wir Wolodemar von Gottis Gnaden Marggrave zu Brandenburgk und des Heiligen Römischen Reichs Ubrister Kemmerer. Bekennen öffentlich an diesem keginwartigen Brive rc. Der do gegeven ist nach Gotis Geburt driczenhundert und dernach in den nün und vierzigsten Jare zu den Berlyn in der Stad. An den Dienstage nach den heiligen Aposteln Tage Sente Philips und Sent Jacobs. Alter codicillus anno 1351. exaratus sic habet: Wir Ludwig von Gots Gnaden Marggraff zu Brandenburgk und zu Lusicz, des Heiligen Römischen Reichs Ubrister Kemmerer, & quæ sequuntur. Idem fere habet diploma Ludouici marchionis Brandeburgensis anno 1350. idiomate latino exaratum, quod habetur ap. PERILL. DN. de LUDEWIG de *Noriberg Insign. Imp. tutel. in Syllabo monumentorum Lit. A. Nos Ludouicus Dei gratia Marchio Brandenburgensis & Luzicensis, S. Rom. Imp. supremus Camerarius, comes Palatinus ad Rhenum, Dux Bavariæ & Carinthiæ, comes Tyrolensis & Goricensis & quæ* reliqua sunt. Et in literis, quas produxit *Bohuslaus* BALBINUS *in Miscellan. Regn. Bohem* DEC. I. LIB. VIII. VOLUM. I. p. 58. habetur pæne idem titulus: *Scripsimus animo deliberato, de certa scientia, velut Marchio Brandeburgensis, Lusatiæ princeps, Elector & Archicamerarius Sacri Imperii confirmamus præsentium sub nostri sigilli testimonio literarum. Datum Nurnberg* MCCCLV. *Indict.* VIII. *feria post. festum S. Andreæ Apostoli.* Ipse etiam Carolus IV Imp. anno 1348. Marchionem Brandeburgensem salutavit *S. R. I. Archicamerarium*, ceu docet diploma apud BECMANNUM P. I. Lib. VI. §. 2. p. 33. & PERILL. DN. CANC. de LUDEWIG TOM. II. *Comment. ad Aur. Bull. p. 712.*

§. XVI.

§. XVI.

Et ita res se habuit (l) ante scriptam Auream Bullam. Quum enim imperator Carolus IV. Francofurti anno 1456. Auream Bullam conderet, Marchioni Brandeburgico (m) officium ARCHI-CAMERARII, vt & reliquis Electoribus Archiofficia sua confirmata sunt. Perpetua igitur serie Serenissimi Marchiones Brandeburgenses titulum ARCHI-CAMERARII gesserunt, vsque ad Regem (n) nostrum Augustissimum Potentissimumque, Principem pace belloque inclutum, omnibusque elogiis maiorem.

(l) Est adhuc respondendum problema: *Num eo, quod Reinoldus Geldriæ Comes Protouestiarius creatus est, officio Archi Camerarii aliquid fuerit derogatum?* Diploma legitur in *B.* LEIBNITII *Codice iuris gentium diplomatico, P. I. n. 78. p. 151.* in quo ab imperatore Ludouico Bauaro Protouestiarius constitutus anno 1339. Verba diplomatis sunt: *Vt vestibus Cæsareis imperatorem induat, quoties actus publici celebrentur, nec non coronam imponat Romanis Regibus, cum Aquisgrani, Mediolani, vel Romæ coronentur; eamque iterum tollat, ac in processione gestet.* Confer sis PONTANI *Hist. Gelr. Lib. VII. p. 228.* Sed nescio, quomodo cohæreat hoc diploma cum illo, quod ID. LEIBNITIVS *in Cod. iur. Gent. Diplom. P. I. n. 64. p. 129.* publici iuris fecit. Nam imperator Ludouicus Bauarus, Castrucium Ducem Lucanum & Romani imperii signiferum, creabat S. Lateranensis palatii. Audiamus ipsius verba. *Declarantes & nunc per hoc serenitatis nostræ indultum Tibi & prædictis successoribus tuis ex prædicta comitatus dignitate competere ius adsistendi perpetuo benedictioni, sacræ vnctioni & coronationi successorum nostrorum, principum Romanorum & omnibus & singulis ipsius coronationis solemnitatibus (& præcipue sociandi & deducendi ipsos Romanos principes, tempore coronationis finiendæ de iis ad sacram vnctionem de ipsis faciendam, & eosdem Imperatores Romanos successores nostros tenendi & iurandi in ipsa sacra vnctione & actu ipsius) & eadem vnctione perfecta, eos reducendi & sociandi ad altare, ad thalamum, prout & quoties principes expediunt redire. Item ius tenendi &*

leuandi Imperiale diadema de nostro & successorum nostrorum Ro-
manorum Principum capite, tempore quo imperialis coronationis
solemnia celebrantur, & etiam quocunque alio tempore, quoties
publice ipsum diadema expedierit, leuare de capite nostro &c. In
hoc diplomate Comiti S. Lateranensis Palatii concedit, vt ge-
stet ac leuet coronam, quotiescunque Romæ coronentur im-
imperatores; in altero idem ius concedit comiti Geldriæ. Quod
antea concedit imperator, nunc adimit. Deinde notandum,
quod non modo alii principes electores consenserint in offici-
um Protouestiarii, sed etiam Marchio Brandeburgensis Ludo-
uicus, qui *Archi-Camerarius.* Dixerim ideo, hunc *Protouestia-*
rium fuisse quasi vicarium *Archi-Camerarii.* Nam inauditum fuit
munus *Protouestiarii* adhuc; nunc ab imperatore Ludouico
Bavaro institutum. In Regno Francico nusquam reperitur *ve-*
stiarii munus, sed id adnexum erat officio *Camerarii.* Hinc in
Breuiario Caroli M. ap. REVBER. *p. 13. Camera* & *Vestiarium* iun-
guntur, & ad idem significandum vsurpantur: *Quidquid in Ca-*
mera atque vestiario eius eo die fuisset inuentum. Et paullo antea
Cameræ regius ornatus adnumeratur: *Substantiam suam tam in*
auro quam in argento, gemmisque & ornatu regio, quæ illa die
in camera eius inuenire poterat. Et in *Annal. Ludou. Pii ad an 842.*
ap REVBER. *p. 65.* legitur: *Iussit autem fratrem suum Drogonem,*
ministros Cameræ suæ vocare, qui rem familarem, quæ in orna-
mentis regalibus, coronis & armis, vasis libris, vestibusque sa-
cerdotalibus constabat, singulatim describerent. Et putarem, eun-
dem morem etiam in Germania obtinuisse. Saltem quod atti-
net ad Gelriæ Comitem, nunquam legitur in Annalibus, quod
eius successores salutati fuerint *Protouestiarii* imperii, siue quod
inuestituræ literis titulus insertus fuerit. vid. *lit. inuest. Caroli IV.*
anno 1377. ap. PONTAN. *Lib. VIII. Histor. Gelr. p. 315.* Et quia co-
ronam tollere atque imponere regi, ad *Archi Camerarii* munus
spectabat; non sine ratione Brandeburgicus legatus in corona-
tione Ferdinandi IV. mouit litem Palatino, qui coronam tol-
lere intendebat. Nam legatus admota coronæ manu vrgebat,
vt regem solemnibus vestimentis indueret; addebatque ius ex-
uendi imperatorem competere nemini, nisi *Archi-Camerario.*
Quid? quod imperator hoc probauit, & coronam regi nouo
impo-

imponere permisit. vid. PVFENDORFIVM *de Rebus Gestis Friderici Wilhelmi M. Lib. II. §. 43.* Licet præstantissimus auctor tradat, *actis euolutis, patuisse, hoc non præcisse cum officio Archicamerarii esse connexum;* nolo tamen eius probare sententiam. Quod enim gestatio atque impositio coronæ in nonnullorum imperatorum coronationibus ab aliis administrata sit; exinde non liquet, hoc non pertinere ad *Archi-Camerarii* munus. Indulserunt hoc imperatoris cubiculariis Serenissimi Marchiones forsan ex aliis caussis, de quibus liquido haut constat. Habeo mecum consentientem Iuris publici interpretem SPRENGERVM, qui in *Iure Publico Lib. I. Cap. XXIX. p. 179.* ait: *Posito interim super altari electo, Brandeburgensis sub versiculo cantus,* TE ERGO QVAESVMVS, *coronam capite detrahit; & incipiente versu,* PER SINGVLOS DIES, *illam Palatinus Regi rursus imponit.*

(m) *Aur. Bull. Tit. XXVIII. §. 4.*

(n) Hinc Porussiæ Rex hac formula vtitur in Titulo: Wir Friederich Wilhelm König in Preussen, Marggraff zu Brandenburg, des Heil. Röm. Reichs Ertz-Cämmerer und Churfürst.

§. XVII.

Sed admiratione dignum, Carolum IV. Imp. in Aurea Bulla postposuisse ARCHI-CAMERARIVM ARCHI-MARESCALLO; quum tamen constet, omni tempore ARCHI-CAMERARIVM (o) principem tenuisse locum ob officii amplitudinem & dignitatem.

(o) Primus ex nouioribus, qui pro primo *Archi-Camerarii* non solum inter electores principes, sed etiam inter Archiofficiales, loco, adductis diplomatibus atque monumentis strenue disputauit, est *Fridericianæ Cancellarius Perill. Dn.* de LVDEWIG *in Form. Ducat. Brandeb. p. 57. lit. f. & seqq. & in Comment. ad Aur. Bull.* Quia autem ad rem facit, scriptorum loca huc adducere; liceat nunc nobis loca istorum inspicere, qui *Archi-Camerario* primas attribuunt. Superius iam dictum fuit, *Camerarium* tam in aula Francica, quam Iacobi II. Regis Maioricæ, primum occupasse locum. Imo non dubitaui adserere, eundem morem seruasse Germaniam. *A Witechindo* CORBEIENSI,

Gisel-

Giselbertus, qui tempore Ottonis I. *Archicamerarius* fuit, ante omnes officiales ponitur, nulla alia ratione, quam propter fulgentissimum *Archi-Camerarii* officium. Deinde de *Conrado Sueuo*, qui tempore *Lotharii II. Imp. Archi-Camerarii* administrabat officium, a *Godfrido* VITERBIENSI *P. XVII. Chron. p. 510.* ita memoriæ proditur:

Fit prior in Ducibus, semper priusque sedebat.

At dicis: me hic contra rationem veri aliquid adserere, quia idem GODFRIDVS *Monachus* c. l. paullo antea canit:

Regnat Lotharius; Conradus amicus habetur
Summus & imperii SIGNIFER *ipse fuit.*

Sed velim des responsionem, quid *Signifer imperii* hic significet? Reponis: *Vexilliferum Imperii*, welcher das Reichs-Panier geführet. Sat salse! Sed prouocas ad LANDVLPHI IVNIORIS *librum Historiarum Mediolanensis urbis Cap. XLI.* apud PYRICELLVM in *Monumentis Basilicæ Ambrosianæ n. 360.* vbi sequentem in modum legitur: *Conradus Princeps Lotharii Imperatoris* VEXILLIFER *est factus.* Sed iam GVNDLINGIVS in GVNDLINGIAN. *P. II. p. 221.* bene docuit: *Signiferum hic non denotare imperii Vexilliferum* den Fähndrich oder Reichs-Pannier-Träger, vti LEHMANNVS in *Chronico Spirensi*, &, KVLPISIVS *de S. R. I. vexillifero putarunt; sed significat imperii officialem, qui signum imperatori prætulit.* Licet etiam GVNDLINGIVS *c. l.* erret, quando adserit: *Conradum fuisse Archidapiferum, &, imperatori prætulisse imperiale pomum.* Equidem prouocat ad *Chartam Berchtoldi Bambergensis Ecclesiæ Episcopi*, quam typis imprimendam dedit GEWOLDVS *p. 172. De Septemuiratu*; sed fere nullius momenti est, neque satis ex hac sententiam suam probare potest GVNDLINGIVS. Fallitur etiam, dum putat: *Henrico Superbo a Conrado III. Imp. litem motam esse ideo, quia duobus officiis palatinis functus.* Hoc non dicunt medii æui scriptores, sed rem ita referunt: *Displicuisse Conrado III. imp. quod Henricus duos in potestate haberet Ducatus.* Hæc in transcursu. Ad rem Potius Conradus fuit *Archi-Camerarius*, ceu id docuit B. HAHNIVS in der Reichs-Historie *P. III. §. 4. p. 148.* qui ait: dabor er Cammer-Herr des Reichs, und nach dem König der nechste würde. Hic habeo mecum consentientem Historicum summum. Et præterea primus locus quem occupauit *Conradus*

radus ſatis indicat, eum munus *Archi-Camerarii* obiiſſe. *Signum* vero, vnde *Signifer* dictus, fuiſſe *ſceptrum*, autumo, de cuius geſtatione atque prælatione, infra fuſius dicetur. Vt vero progrediamur ad ſcopum noſtrum, videlicet *Archi-Camerarium primum inter officiales imperii fuiſſe*, ſcriptores atque documenta hic adducere volumus. Nomino *Martinum* POLONVM, qui circa ſæculum reparatæ ſalutis XIII. vixit. Eius teſtimonium, quod de *Archiofficialibus* Ottoni æqualibus fert, falſum quidem eſt; ſed tamen ex eo patet, *Camerarium* eius tempore fuiſſe primum officialem, quia alias illi primum locum attribuere haut potuiſſet. Sic enim *ad an. 986. p. 173. Electores*, inquit, *licet iſti tres Ottones per ſucceſſionem generis regnauerint: tamen poſtea fuit inſtitutum, vt per officiales imperii imperator eligeretur. Qui ſunt ſeptem, videlicet primo tres Cancellarii iſti Maguntinenſis, Treuerenſis, Colonienſis:* MARCHIO BRANDEBVRGENSIS CAMERARIVS *eſt; Palatinus Dapifer; Dux Saxoniæ enſem portat; Rex Bohemus Pincernam agit, Ioh. Bapt.* PLATINA *in Vita Gregorii V. p. 142.* ex ſcriptore ſæculi XII. etiam *Camerario* primum locum attribuit, aiens: *Eccleſiaſticis additi ſunt & quatuor principes, Marchio Brandeburgenſis, imperatoris poſt electionem Camerarius; comes palatinus, qui dapes; Dux Saxoniæ qui enſem fert.* Hunc ordinem etiam habet *Chronicon Noribergenſe ad an. 1494 p. 184.* ex quo *Perill. Dn.* de LVDEWIG hæc retulit: Diß ſind des Reichs-Churfürſten. Nemlich die drey Ertz-Biſchöffe zu Meintz, Trier und Cöln. Item Marggraf zu Brandenburg; Pfaltz-Graff; Hertzog zu Sachſen; König zu Beheim. vid, SABELLICVS *Ennead. IX. Lib. I. p. 340. Ioannes le* CIRIER *de Primogenitura Lib. II. qu. II. n. 26. p. 18. Lancellotus Andreas* LAVDENSIS *in Templo omnium Iudicum Lib. I. Cap. I. §. 2. p. 12.* & *Barthol.* SALICETVS *ad L. 12. Cod. de Leg. & Conſtit.* ſic diſſerit: *Electionum imperatoris ſunt certi, videlicet, poſt ſacri ordinis electores Marchio Brandeburgenſis, qui eſt præpoſitus Cameræ imperatoris; Dux Saxoniæ, qui eſt portator enſis* &c. Apud GOLDASTVM *Tom. III. Conſtitut. Imper. p. 400. anno 1247.* ſtat primo loco, & *p. 441. anno 1434.* ſimile exemplum occurrit. Conſentit BONFINIVS *Rer. Hung. Decad. I. 10. p. 405.* cui iungendus *Iac. Phil.* BERGOMAS *Lib. XII. Chron. p. 204. Imperatoris*, inquit, *eligendi auctoritatem habent quatuor: Brande-*

deburgensis Marchio; Palatinus Comes, Saxoniæque Dux. Sed reponis: hæc esse scriptorum testimonia, quibus in re tanti momenti vix fides habenda sit. Verum tali ratiocinio omnium scriptorum documenta in dubium essent vocanda, & ita omni fide destituerentur. Paullo licentius atque cordatius philosophatur summus ICtus *Ferdinandus* VASQVIVS, *P. I. Controu. Illustr. Cap. 48. n. 16. Historiæ*, inquit, *dicuntur esse scripturæ priuatæ, quæ ex antiquitate & fama fidem adsumere intelliguntur; sicque in tam antiquis quæ vitam memoriamque hominum excedunt ad solam famam omnes species probationis rediguntur.* Et *Guido Papa quæst. 193.* statuit, *quod facta antiqua, quæ excedunt memoriam hominis, probentur per communem relationem antiquorum & per libros antiquos, & per historias antiquas* Plura pro fide Historicorum adnotarunt *Clarissimi Viri, Ioannes Eisenhart, de Fide Historica*, &, *Ioan. Henr. de* BODEN. *in Diss. de eo quod iustum est circa testimonia Historicorum.* Vt tamen etiam ex publico monumento res clara fiat, adducam diploma quod *Christophorus* GEWOLDVS *de Septemuiratu §. 37. p. 67.* ex tabulario Boico publici iuris fecit, ideoque maximam meretur fidem. Verba eius sunt: *In nomine domini Amen. Sanctissimo ac Beatissimo in Christo patri ac Domino, Domino Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifici futuro. Balduinus Dei & Apostolicæ Sedis gratia Treuirensis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri imperii cancellarius; Ioannes Dei Gratia Bohemiæ & Poloniæ Rex; Woldemarus Marchio Brandeburgensis; ac Ioannes Dux Saxoniæ senior, humiles ac deuoti cum omni reuerentia deuotissima pedum oscula beatorum &c.* Et promulgationis formula: *Nos Balduinus Treuirensis Archiepiscopus pro se & nomine suo; nos vero Ioannes Bohemiæ & Poloniæ Rex; Wolodomarus Marchio Brandeburgensis; Ioannes Dux Saxoniæ prædicti, quilibet nostrum pro se & nomine suo votis nostris præsentes, ius totale ea vice in electione habentes, consensimus concorditer in eundem Dominum Ludouicum &c. Datum apud Franckevort decimo Calend. Nouembr. anno Domini MCCCIII. vid.* HERWART in *Apologia aduersus* BZOVIVM *Cap. II. p. 13. 14.* Quid? quod *Cardinalis* BARONIVS *Tom. X. Annal.* ad *an. 996. n. 43. p. 1048.* Brandeburgico Marchioni primas tribuit. Quod meo quidem iudicio non fecisset, nisi id in Romani

mani Archipræsulis ceremoniarum Codicibus legisset. Quo argumento etiam vsus est *Perill. Dn.* de LVDEWIG, rerum germanicarum indagator felicissimus, in *Form. Ducat. Brandeb. p. 59. in not.* Imo ideo p. 60. ad Pontificis Romani ceremoniarum libros provocavit. Habuit ergo primum inter principes Imperii locum Marchio Brandeburgicus, idque ideo, quia administravit officium *Archi-Camerarii*, cuius munus omni tempore supremum fuit in palatiis. conf. BARTH. *Lib. X. Adversar. cap. 15. Lanc. Andr* LAVDENS. *Lib. I. Temp. omn. Iudic. cap. I. §. 4. p. 74.* & illa quæ supra a nobis tradita sunt. *Iohannes Michael* BEVTHER *in Addit. n. 38.* provocat ad *Codicem MSCtum Bibliothecæ Vindobonensis*, in quo præcedentia electoris Brandeburgici defenditur. *Michael* BEVTHER *in Animadvers. Historicis cap. XIII. n. 37.* eiusdem opinionis est, dum ait. *Carolum electorum ordinem mutasse & constituisse, ut Palatinus, inter Electores politicos antea ultimus, nunc primus: Brandeburgicus vero olim primus, nunc ultimus esset.* Satis audacter hoc negat. DN. PFEFFINGER *ad* VITRIAR. *Lib.* III. *Tit.* XII. §. *43. lit. b. Frustra,* inquit, *primum votum ei tribuit* MICHAEL BEVTHERVS, *in Animadvers. Histor. cap. XIII. §. 37. arg. Epistolæ ad Benedictum XII. P. R. a.* FREHERO *in Addit. ad Rebdorfii Annal. editæ; reluctantur enim publicæ imperii leges; & obseruantia.* Sed errat PFEFFINGERVS. Nam obseruantia, *Archi-Camerarium* primum inter archiofficiales fuisse, scriptoribus est testatissima. Loquuntur etiam diplomata. Obstat Aurea Bulla. Sed Caroli IV. arcanas rationes detexit PERILL. DN. *de* LVDEWIG, in der Erleut. der Güldenen Bulle passim.

§. XVIII.

Inique igitur a Carolo IV. Imp. in A. B. iuribus ARCHI-CAMERARII detractum esse, censemus. Quum enim omni ævo, imo paullo ante conditam Auream Bullam, non modo omnes fere scriptores, sed & publica documenta Brandeburgensem Marchionem reliquis Electoribus anteponant; vix ac ne vix quidem capio caussam, ob quam Carolus IV. imp. ARCHI-CAMERARIO (p) extremum attribuerit locum.

(p) Nil certi hac in re definire audeo. Saltem ergo operæ pretium vi-

videtur, ad problema respondere: Num licuerit Carolo IV. in Aurea Bulla contra obseruantiam, *Archi-Camerarium* postponere reliquis Archi-Officialibus? Coecutiunt fere omnes &, muti sunt in respondendo. Sed nemo recte rem docuit, nisi PERILL. DN. de LVDEWIG in der Erleuterung der güldenen Bulle *Tom. I. Tit. I. §. 15 p. 164. Tit. IV. §. I. p 463. seq. Tit. VII. §. 2. p. 674. seq. & Tom. II. Tit. XXII. §. 4. 701. & 713.* In praejudicium Marchionum Brandeburgensium id fecit imperator Carolus IV. Nam id non patitur formula imperii, ut imperator iuribus statuum imperii, contra omnem consuetudinem atque observantiam imperii, &, rationem deroget. Sed tempore Caloli IV. Brandeburgici Electoris conditio non permittebat, ut adniteretur imperatori obsistere, vt docuit laudatus DN. *de* LVDEWIG in adductis locis.

§. XIX.

Ex dictis patet, quae iura competierint ARCHICAMERARIO S. I. R. G. Superest, vt etiam dicamus de iure ARCHI-CAMERARII in adseruandis imperialibus insignibus, quod omnino ad prouinciam (q) ARCHI-CAMERARII spectare debeat; licet aliter res nunc se habeat.

(q) Supra iam probauimus, custodiam *regalis Thesauri*, ad officium *Camerarii* pertinuisse, non solum in Francia, sed etiam alibi locorum. Hinc *in legibus palatinis* Iacobi II. Maioricae Regis P. II. *cap.* I. disponitur: *vt Camerlingus, facto prius inuentario de omnibus, quae sunt in reposito nostro & quae tenentur per armatorem, & quae de rebus, quae pro quotidiano seruitio aliis officialibus, ei submissis committuntur, vt & argentario & aliis, diligentiam in custodiendo adhibeat opportunam. Porro cap. III. Suberunt Camerlingo Camerarii. Hi si quidem debent vestes & calceamenta personae nostrae munde & honeste tenere, lectum nostrum facere & parare. Vtque camera nostra sit convenienter ornata cauere, & debet omnino vnus semper in camera iacere. Noctu etiam procurent, quod ibi vinum & aqua sufficiens ad bibendum, propter casus, qui quandoque de nocte proueniant improuise, species confectae ad comedendum &c. Deinde cap. XVI. n. 158. p. 38. Argentarius Camerlingo subiicitur. n. 159. Camerlingis autem ipsum volumus*

lumus esse subiectum, quorum uni iuramentum faciat, quod bene & fideliter dictum argentum custodiet, ac suum officium faciet; cetera. Hæ rationes etiam obtinent in Germanico imperio, & omnino custodia clinodiorum imperii demandanda esset *Archi-Camerario*, ceu pluribus id probatum dedit PERILL. DN. de LVDEWIG in *Opusc. de Norib. Insign. Imp. Tutel. cap. IV. §. 4 lit. nn.* Magis me in admirationem rapit exemplum Ludouici, Marchionis Brandeburgici, qui *anno 1350.* custodiam insignium imperialium habuit, posteaque nouo electo imperatori *Carolo IV.* tradidit, ut legitur in *monumento*, quod exhibet PERILL. DN. de LVDEWLG *in cit. Opusc. Adpend. lit. A. p. 12.* Hinc arbitror, Ludouicum Brandeburgensem Marchionem *imperii cimelia* nulla alia ratione adseruasse, quam quod *Archi-Camerarii* officio functus fuerit. Deinde magni momenti est locus TRITHEMII *in Chronico Hirsaugiensi ad an. 1248. Marchio*, inquit, *Brandeburghiæ, regis Camerarius, annulum imperatori tradidit, dicens: accipe signaculum Monarchiæ, ut Romanum Imperium in suo vigore conserues & defendas ab incursu barbarorum. Exinde* colligo, Archi-Camerarium etiam olim tenuisse *sigillum.* De Iacobi II. Maioricæ regis *Camerlengo*, in eius *Legibus Palatinis P. II. cap. I. n. 115.* legitur: *illum adseruasse secretum sigillum.* Et P. III cap. I. *n. 170. p. 40.* idem disponitur: *Iubemus igitur hac utili sanctione, quod in nostra Cancellaria præsit unus Cancellarius excellens Legum Doctor: qui quidem sigilla nostra teneat & custodiat diligenter, excepto sigillo secreto, quod per Camerlengos teneri decreuimus fore optimum.* Quid ergo mirum, si hunc morem habuit Germania, quod custodia *sigilli secreti* fuerit penes *Archi Camerarium.* De *Sigillis secretis* confer sis Viri Summe Reuerendi *Ioan. Mich.* HEINECCII *Syntagma de Sigillis* p. 13. p. 77. 78. p. 116. seq. qui erudite de his differit, & MABILLON de *Re Diplom. Lib. II. cap. XVI. p. 139.* Maioris momenti est locus *Petri* de VINEIS *Lib. II. cap. 41. p. 344.* Vbi Imperator de *Sigillo* suo in Parmensi clade amisso, valde conqueritur: *Sane*, inquit, *quum in castrorum combustione camera nostra cum Aureæ Bullæ Typario & regni nostri* sigillo *perdita & omissa fuerit. Propter quod aduersariorum nostrorum effrenata superbia, quæ caussam nostram per typarii copiam, & sigilli multa, sicut firmiter credimus, in honoris nostri dispendium falsa ma-*

chinatione confinget: si prædictorum bullæ aureæ vel sigilli *munitæ* signaculis *ad vos aliquæ literæ sub nostri nominis titulo peruenirent, fidem eis stabilem adhibere, vos suggestio non seducat.* Multa ex hoc loco insignem capiunt lucem, veluti, quid sit *aurea bulla, typarium, sigillum.* Sed tamen hoc notatu dignum est, quod *typarium* atque *sigillum* adseruata fuerint in *Camera*, seu *Thesauro*, cuius curam gessit *Camerarius.*

§. XX.

Pertinuit etiam olim ad ARCHI-CAMERARII officium, ut legatorum (r) literas ad imperatorem deferret, illisque imperatoris voluntatem declararet. Et præterea cura domanialium imperialium penes ARCHI-CAMERARIVM erat, quum reditus imperiales (s) colligere debebat.

(r) Ex his patet, quod sparta *Archi-Camerarii* in Germania fere se extenderit ad ea, quæ *supremus Camerarius* in Aula Francica curabat. Vt enim supra ex *Hincmaro* RHEMENSI demonstratum, quod *Camerarius* legatorum literas receperit; ita etiam hic mos apud Germanos obtinuit. Refert enim *Vir Celeb. Ludou. Anton.* MVRATORIVS in eleganti libello *de Corona Ferrea* qui habetur *Tom. II. Anecdot cap. XIV. p. 316.* ex antiquo monumento, Modœtiæ extare picturam, in qua Brandeburgicus Marchio sculptus & manibus tenet priuilegium quoddam. Audiamus ipsa verba: *Sequitur postea statua Marchionis Brandeburgensis induti consimilibus vestibus, quibus indutus est Landegrauius, manu dextra accipientis a statuis septem Oratorum Modoëtensium priuilegium communis Modoëtiæ, cum sigillis pendentibus. Et in eadem tabula inter primum oratorem Modoëtensium & dictum Marchionem scripta sunt hæc verba, quæ videntur pronunciata a præfato Marchione:* DOMINVS REX BENE NOVIT, QVAE DIXISTIS: IDEO AMPLIABIT FORTITER ET CONFIRMABIT PRIVILEGIA VESTRA. Magni facit hoc monumentum *Doctissimus Vir* PERILL. DN. de LVDEWIG TOM. II. *Comment. ad Aur. Bull.* TIT. XXVII. §. *I. p. 665.* & eius sententiæ album addo calculum, quando ait: zu wünschen wäre, daß mann die älte dieser Bildungen wissen. Denn aus denselben verschiedene Dinge ersehen werden möge. Inprimis n. 7. ait:

ait: Chur-Brandenburg, der, als Ertz-Cämmerer, der Abgesandten ihre Schreiben an den Käyser annimmet und den Käyserlichen Entschluß wieder austheilet. Adserui §. præc. lit. q. custodiam *sigilli secreti Archi-Camerario* etiam fuisse demandatam Hoc documentum meam opinionem magis corroborat, vbi *Archi-Camerarius* tenet priuilegium cum sigillis pendentibus; certo indicio, codicillorum imperatoris expeditionem spectasse ad munus *Archi-Camerarii*, qui simul *sigillum secretum*, cum quo hæChartæ signabantur, istis impressit.

(s) Non verbis meis hic loquar; sed *Viri Celeb. Ioan. Ehrenfr.* ZCHACKWITZII, *rerum Germanicarum felicis indagatoris, qui in Prætens-Illustr. P. I. p. 340.* sequentem in modum disserit: daß der Scepter dem Reichs-Ertz-Cämmerer zu Theil geworden, welche vor die Königliche Einkünffte vornehmlich Sorge tragen müssen. Wolte man dieses nicht vor wahr annehmen, so beliebe man zu zeigen, worinne dann des Reichs-Ertz-Cämmerer-Amt sonst bestanden, von welchen man doch gar gerne zugiebet, daß es sich noch weiter erstrecket, und aller vernünfftigen wahrscheinligkeit nach, die Haupt-Aufsicht auch auf die Käyserlichen Domania mit in sich gefasset, indem sonst wieder nicht zu finden wäre, aus was vor Ursachen der Fürst und Marggraf zu Brandenburg den Nahmen eines Reichs-Ertz-Cämmerers solte bekommen haben? oder, und besser zu sagen, warum derjenige Fürst, der vor dem dieses Amt verwaltet, den Reichs-Cämmerer Nahmen geführet habe? Qui hic illa confert, quæ supra de *Camerario*, quod penes eum *ærarii* atque *Thesauri* regalis cura custodiaque fuerit, diximus; non amplius dubius hærebit, quin etiam Germania nostra hunc morem seruauerit. Quæ quum ita sint, quæstio oritur: Num per officium *Archi-Thesaurarii* in Germania, derogatum fuerit *Archi-Camerario?* *Ill.* ac GENEROS. DN. de GOEBEL *de Archioff. Origin. cap. II.* §. 5. putat: *Archi-Camerario non esse derogatum.* Sed quum omni tempore *Archi-Thesaurii* officium, cum officio *Archi-Camerarii* fuerit coniunctum, & inde in Germania inauditum, vt ipse DN. de GOEBEL §. 6. ingenue fatetur; omnino spartæ *Archi-Camerarii* derogatum est. Sed cur permisit Augustissima Brandeburgica Domus in Instrumento Pacis Westphalicæ, nouum *Archi-The-*

Thesaurii officium scil. institui atque deferri Palantio? Respondebo verbis PERILL. DN. de LVDEWIG, qui *in Form. Ducat. Brandeburg.* p. 65. in not. lit. e. *Sed is*, inquit, *semper fuit genius Brandeburgicæ gentis, ut publicis commodis sua postponat.* vid. interim. *de Archi-Thesaurarii Officio Frid. Aug.* HACKMANNI *Diss. De Germanici Imperii Archi-Thesaurario Helmst.* 1711. ILL. ac GENEROS. DN. de GOEBEL *de Origine Archiofficiorum* S. R. I. & *Archi-Thesaurario Disquisitio.* PERILL. DN. de LVDEWIG *Opusc. De. Norib. Insign. Imp. Tutel. cap. IV. §. 5. lit. pp.* WAGENSEIL *de Official & Sub-Official. Imp.* ILL. MASCOV. de *Origin. Offic. aulic.* §. XLI. Neque tamen adsentior DN. de GOEBEL qui c. l. §. *6.* diploma Ludouici Bauari Imp. Gelriæ Comiti concessum, allegat, & a Protouestiario ad ARCHI-THESAVRARIVM argumentatur. vid supra.

§. XXI.

Hæc sunt quæ diximus de Prærogatiuis atque eminentioribus iuribus ARCHI-CAMERARIO S. R. G. I. competentibus. Lubet porro disquirere, quo munere fungitur ARCHI-CAMERARIVS in imperatorum coronationibus. Certe si rite recteque hoc pensitamus, non negari potest, quin etiam hoc pertineat ad eius prærogatiuas. Si enim coronatur imperator, siue actus celebratur solemnis, secundum Aureæ Bullæ (t) dispositionem ARCHI-CAMERARIVS imperatori præfert (u) sceptrum imperiale. Quod adeo verum est, vt omnes errent, qui insigne ARCHI-CAMERARII clauem esse adserunt *(v)*.

(t) Sic enim legitur *Tit. XXII. §. 3. Et Marchio Brandeburgensis* SCEPTRVM *deferens a sinistro latere ipsius Ducis Saxoniæ linealiter gradiatur.*

(u) Lubet hic nonnulla ex antiquitate de *sceptris*, repetere. Principio notandum, quod fere apud omnes gentes *sceptra* fuerint in vsu. Hinc *sceptri* vsum antiquissimum esse, atque omnibus clinodiis priorem, docet BECMANNVS *in Syntagm. Dignit. Illustr. Diss. IV. Cap. IV. §. 4. p. 493.* IVSTINVS *Lib. XLIII. Cap. 3.* de regibus tradit, quod olim *hastas* gesserint. De *Hasta* vid. PAVSAN. *in Beot. p. 315.* Differentiam inter *baculum* & *sceptrum* statuit MABILLON. *de Re Diplom. Lib. II. Cap. 10. §. 3. p. 144.* cui

cui tamen non addo calculum album. Dissentit mecum CHIFFLETIVS *in Anastasi Childerici Cap. VII. p. 106. Sceptra* regibus tributa esse Deorum imitatione, docuit FESCHIVS *de Insignibus eorumque iure Cap. II. n. 3. Cap. V. n. 14.* In sacris literis eius mentio fit *Genes. XLIX.* v. 10. *non recedet* BACVLVS *sive* SCEPTRVM *de Jehuda.* Regni & iustitiæ symbolum *sceptrum* est. HOMER. *Iliad. X. vers. 235.* Hinc manibus gestabant Hebræorum reges 1 *Sam. XVIII.* vid COBII *Sceptrorum originem & rationem symbolicam e sacris Ebræorum monumentis;* vt & reges Francorum, ceu de *Guntramo* rege testatur *Gregor. Turon. Lib. VII. Cap.* 33. AIMOIN. *Lib. III. Cap. 63.* vid. CHIFFLETIVS *in Anastasi Childerici Cap. VII. p. 97.* seq. LOCCENIVS *in Antiqu. Sueo-Gothic. Cap. IX. p. 56.* vid. *orationem Dn.* PAGENSTECHERI nuper Duisburgi habitam, *de Sceptro regali insigni.* Sed etiam gestatio *sceptri* concessa fuit aliis inferioris ordinis personis. Hinc SERVIVS *ad Virgil. XI. Aeneid. v. 338. Apud maiores,* inquit, *omnes duces cum* SCEPTRIS *ingrediebantur curiam, postea coeperunt tantum ex consulibus* SCEPTRA *gestare, & signum erat, eos consulares esse.* conf. BVLENGER. *de Imperio Romano Lib. II. Cap. XIV.* Postea omnibus qui personam regis aut principis repræsentabant, *sceptra* dabantur. Sic olim præfectus prætorio vtebatur *baculo* seu *sceptro.* HERODIAN. *Lib. III. Cap. XI. n. 3.* Hodieque Campi-Marescalli *baculis* sunt conspicui, Sie führen die Regiments- oder Commando-Stäbe. Iste mos in Germania tam altas egit radices, vt non solum sculteti, qui bassam iurisdictionem exercebant *baculos* gestarint, docente GRYPHIANDRO de *Weichbildis Saxon. Cap. LXIV.* sed & in Collegiis opificum moris est, vt primarius magister der Ober- oder Innungs-Meister, manibus teneat *baculum* siue *sceptrum* ligneum aut argenteum einen Regiments-Stab oder Scepter. Sed nihilominus *sceptrum* mansit insigne regium, quippe quo iam olim imperatores vtebantur. vid WOLFF. *Lect. Memor. Tom. I. Cap. XV. p. 874. b.* & *Tom. II. Cap. XVI. p. 973. a.* Ipse IVLIANVS *imperator. Orat. III. p. 312. sceptra* inter imperatoris insignia ponit. Augusti *sceptrum* memorat SVETONIVS in *Galba Cap. I.* Ita *Arcadius* & *Honorius AA.* sceptra gerunt. *Notit. Imp. Orient. & Occident.* Præterea de aliis imperatoribus res est notissima, quippe qui in numis passim *sceptris* obuii sunt. vid. *Du* FRESNE

Diss. de inferioris æui Numismat. §. *XI* BEGER. *Thesaur. Brandeb. Cont. p. 785.* De *Guntramo* rege Francorum *sceptro* insignito, supra egimus. De *Carolo M.* refert *Monachus* SANGALLENSIS *Lib. I. cap. 9. Virgam auream ad statum suam* (i. e. suam staturam, de qua confer sis *Marqu.* FREHER. *de statura Caroli M.*) *fieri iussit.* Paullo post *Carolum M.* sic loquentem adducit: SCEPTRVM *nostrum, quod pro significatione regiminis nostri, aureum ferre solemus.* ADEMARVS in *Chronico,* apud LABEVM in *Biblioth. Tom. II. p. 169.* PAGI in *Critica. Anti-Baron. ad an. 1000.* §. *2. p. 86. Perill. Dn.* de LVDEWIG. in *Opusc. de Norib. Insign. Imp. Tutel. Cap. V.* §. *1. lit. dd. p. 64.* BVLENGER *Lib. II.* de *Imper. Rom. Cap. III. p. 91.* de *Ludouico Pio* THEGANVS *Cap. XIX. Coronam,* inquit, *auream aurofulgentem in capite gestans &* BACVLVM *aureum in manu tenens.* Non amplius verba faciam de aliis imperatoribus qui sceptra gesserunt. Egregie significationem sceptri complexus est, *Godfridus* VITERBIENSIS in *Chron. P. XIX.* vbi canit:

In manibus regum dum regia SCEPTRA *tenentur,*
Tam quasi per VIRGAM *compescere cuncta videntur,*
Poenaque præstatur, quæ ratione datur, &c.

Adseruatur adhuc hodie *sceptrum* inter cimelia imperialia. Num hoc sit *sceptrum Caroli M.* dubitant eruditi. Sed huic liti finem imposuit *Perill. Dn.* de LVDEWIG in *Norib. Insign. Imp. Tutel. Cap. VII.* §. *III. lit 55. p. 147.* seq. & in der Erleuterung der güldenen Bulle *Tom. II. Tit. XXII.* §. *3. p. 296. seq. Sceptrum* imperatoribus & regibus in coronationibus traditur tanquam signum clementiæ. Licet enim paullo antea adseruerimus, *sceptrum* potestatis esse notam; merito tamen statui potest, quod etiam clementiæ signum sit, vti legimus ESTHER *Cap. V. v. 2.* Hinc LOCCENIVS *Cap. IX. Antiq. Sueo-Goth. p. 56.* SCEPTRVM, *inquit, in publica pompa subsequitur gladium: vt ostendatur, clementiam iustitiæ comitem esse, benignitate vim ac potestatem temperari: ne incrudelitatem degeneret.* vid. B. HOFFMANNI *Diss. de Origine & Jure Sceptrorum Cap. II.* §. *4.* Tales etiam mysticas de *sceptro* faciunt interpretationes fere omnes, qui de coronationibus imperatorum regumque scribunt. Sic *Hartmannus* MAVRVS *de coronatione Caroli V.*

p. 272.

p. 272. edit. GOLDAST. item GOLDASTVS *Tom. III. Const. Imp. p. 400.* tradunt, quod elector coloniensis imperatori sceptrum tradiderit his verbis: *Accipe virgam virtutis & æquitatis, qua intelligas mulcere pios & terrere reprobos.* Similia pæne verba, de inauguratione *Matthiæ Imp.* ex GOLDASTO refert BECMANNVS, in *Syntagm. Dignit. Illustr. Diſſert. IV. Cap. IV.* §. 4. Et nouissime AVCTOR *Diarii inaugurationis Caroli VI. p. 42.* Darnach wurde Ihr Majest. der Scepter in die rechte Hand gegeben und also gesprochen: Nehmet hin den Stab der Billigkeit und der Tugend. Bemühet euch mit denselben den Frommen gütlich zu thun und die Bösen zu schrecken, den Irrenden den Weg zu weisen und den Gefallenen die Hand zu bieten. Christus thue euch die Thür auf. Er ist selber der Schlüssel Davids und der Scepter in Israel. HErr der Stab deines Reichs ist ein Stab der Billigkeit, ceterea. Sed quod adtinet ad morem *sceptra* gestandi, nunc disquirendum erit. Pauca tamen, vt chartæ & tempori parcamus, addamus. Quod olim imperatores & reges in solemnitatibus, *sceptra* sibi præferri fecerint, testatissimum est. vid. ANASTASIVS in *Gregorio II. p. 110.* edit. *Mogunt.* Plura loca quæ adprime huc faciunt, ante nos congesserunt BVLENGERVS *de Imperatore Romano Lib. II. Cap. IV.* MABILLONIVS *De Re Diplom. Lib. II. Cap. XVII.* §. 5. Quid ergo mirum, quod adhuc hodie hic mos sit in virdi obseruantia, ubi imperatores Germanici sibi *sceptrum* præferri iubent. Quia vero *sceptrum* ad insignia spectabat, & hæc adservabantur in *Thesauro;* non mirandum, quod hæc sors contigerit *Archicamerario*, penes quem olim custodia *Thesaurorum* atque *insignium imperalium.* Hinc hodie præfert imperatori *sceptrum*, honoris caussa, in solemni processione. Notatu dignum est, reges olim non puduisse, similia officia apud imperatorem subire, ceu docet B. HOFFMANNVS, *de Origine & iure Sceptrorum cap. §. XI. lit. f.* Et legitur in den Oesterreichischen Ehren-Spiegel LIB. V. CAP. XXI. Archiducem *Austriæ Maximilianum* SCEPTRVM *gestasse, quum Carolus, cognomine Audax Burgundiæ Dux, a Friderico III. Imp. de Gelria inuestiretur:* Hinc maximam, in gerendo *sceptro Archi-Camerarii* dignitatem esse, existimo, quia munus obit, quod non nunquam reges administrarunt. Etiam in coronatione romana imperatoribus *sceptra* prælata sunt. Sufficit adduce-

ducere quæ habet H. C. AGRIPPA in *Descript. inaug. Caroli V.* qui ait: *Primum ibat illustris princeps Bonifacius Palæologus, Marchio Montisferrati, toga holoserica coccinea indutus -- sacrumque imperiale* SCEPTRVM *aureum magnificentissima cum arte, tum impensa elaboratum, dextra præferebat.*

(v) In quorum numero sunt CLVTEN *in Syllog. Rer. Quotid. p. 237.* NOLDEN *de Nobilit. Cap. VIII n. 111.* Sed solide, vti semper solet contrarium docuit *Perill. Dn.* de LVDEWIG in der Erläuterung der güldenen Bulle *Tom. II. Tit. XXII. §. 3. p. 297. 298.*

§. XXII.

Hinc spernendæ sunt næniæ illorum, qui ARCHI-CAMERARIO S. I. R. G. ius, imperatori sceptrum præferendi, in dubium vocare non erubescunt. Nam exempla (w) quæ adduci solent non sufficiunt ad derogandum officio ARCHI-CAMERARII. Quum & imperatores ARCHI-CAMERARII iura agnouerint, & pro ipso tulerint sententiam.

(w) Celeberrimam litem inter Electorem Brandeburgensem & Iuliacensem Marchionem agitatam, memoriæ prodidit *Henricus* REBDORFFIVS ad *an. 1348. p. 445.* edit FREHER. *Rex Carolus*, inquit, *communiter recognitus principibus cum regina vxore transit Aquisgranum, vbi secundo coronatur & regina secum per archiepiscopum Coloniensem. In qua coronatione quum Marchio Iuliacensis* SCEPTRVM *teneret regale Ludouicus Marchio Brandeburgensis recipere voluit sibi de manu. Dicens: ad officium suum hoc spectare. Propter quod rumor est inter eosdem dominos suscitatus, quem rex intercepit & per principes extitit definitum: quod quando rex romanorum coronatur, tunc ad officium Marchionis Brandeburgensis spectet,* SCEPTRVM *regale tenere. Sin autem feuda regalia concedit, tunc ad officium alterius Marchionis hoc spectet, scilicet Iuliacensis.* Idem fere refert AVENTINVS *Lib. VII. p. 487. n. 48.* qui ait: *Ad Aquas Graneas Ludouicus Marchio Brandenburgicus cum Iuliacensi regulo disceptat. Iuliacensis in cuius clientela Aquæ Graneæ sunt, nouo principi* SCEPTRVM *præferre conabatur Ludouicus resistebat, id sui muneris esse dictabat. Carolus litem diremit, Brandeburgensem quidem cum Cæsar inauguratur, ceterum Iuliacensem,* vbi *Principes erga clientes*

tes munificus fiet, SCEPTRVM *prægerere, imperat.* Et mirandum, quod TESCHENMACHER. *in Annal.* P. II. *p. 395.* tradat. *anno 1350. coronationi Caroli IV. Aquisgrani interfuiſſe* (Marchionem Iuliacenſem) *& cum Brandenburgico de loci prærogatiua diſputaſſe.* Quod adtinet ad vltimum, eius mihi non perſuadebit TESCHENMACHERVS, quum multi de fide huius adſerti dudum iam dubitauerint. REBDORFII autem atque AVENTINI relata, niue Scythica frigidiora ſunt, licet ſpecioſis verbis conveſtita. His ſatisfecit PERILL. DN. de LVDEWIG *in Comment. ad Aur. Bull.* TOM. II. TIT. XXII. §. *3. p. 299. ſeqq.* qui ſimul ex *Henrico* STEINERO *p. 158.* commemorat: *Electorem Brandeburgenſem, in Concilio Conſtantienſi anno 1418. habito*, SCEPTRVM *tenere manibus.* conf. HOEPING. *de Iur. Inſign. cap. VI.* §. *3. p. 330.* SPENER. P. II. *Oper. Herald Lib. I. cap.* XIII. §. XXX. *p. 91.* LIMNAEVS *ad Aur. Bull. Tit.* XXII. *obſ.* VII. Hinc *Marquardus* FREHERVS *ad Petr. de* ANDLO *Lib.* II. *cap. 8.* KNICHEN *de Saxon. non prouocand.* iur. CAP. I *num. 181.* & ſexcenti alii, ſine ulla ratione ſuſpicantur, Iuliacenſis Marchionis ius aliquo modo fundatum fuiſſe. Porro omnes ineptiunt, imo delirant, qui exiſtimant, ideo adhuc extare inſignia Cliviæ. Nam clypeus eſt coccinei coloris & *octo ſceptra liliata*, Acht Lilien-Stäbe, in crucem & decuſſim (creutzweiß und überreck) diſpoſita, aurea continet. vid. SPENER in *Opere Heraldico P.* II. *Lib.* I. *cap.* XIII. §. VIII. *p. 80.* Plures de his ſceptris occurrunt opiniones, quas collegit Spener. c. l. Egregie de his ſceptris canitur in TESCHENMACHERI *Annal. Iul. Cliv.* P. II. *p. 184.*

SCEPTRA *ſuis* SCEPTRIS, *adiunctas urbibus urbes,*
Arcibus atque arces, cerne pagosque pagis.
Hæc concreſcentis patriæ eſt illuſtris imago,
Hæc ſunt Cliuiacæ ſceptrigera arma Domus.
Iuſtitia has collegit opes, pietāsque regentis,
Diſtractas has vis impietasque dabit.

Mea opinione, hos *baculos* pro *ſceptris liliatis* habeo. Nam olim in mores iuerat, vt *ſceptra liliis* aut *roſis* inſignirent. De Babyloniis inſignis extat locus apud HERODOT. *Lib. I. Cap. 195.* σφρηγῖδα δ᾽ ἕκαςος ἔχει, καί σκῆπτρον χειροποίητον, ἐπ᾽ ἑκάςῳ δὲ σκήπτρῳ ἔπεςι πεποιημένον ἢ μῆλον, ἢ ῥόδον, ἢ κρίνον, ἢ αἰετὸς, ἢ ἄλλο τι. ἄνευ

γὰρ ἐπιστῆμυς ὅ σφι νόμος ἐςι ἔχεινίσκῆπτρον. *Annulum signatorium singuli gestant* & SCEPTRVM *affabre factum, cui superstat aut* MALVM, *aut* ROSA, *aut* LILIVM, *aut* AQVILA, *aut aliud quidpiam. Nam absque insigni gestare* SCEPTRVM *ipsis nefas est.* Sed vt respondeamus ad oppositionem horum insignium; nihil ad rem facit, quod in clypeo conspiciantur octo *sceptra liliata.* Nam hic non sermo est de Cliuiæ Duce, sed Marchione Iuliacensi. Et sit: ideo tamen propter *sceptra Archi Camerario* Iuliacensis Marchio nullum dubium mouere potuit. Alias enim, si id concederemus, possent etiam *nobiles* de *Venningen, Wernsdorf, Schönberg* aliique, in quorum insignibus gentilitiis similia conspiciuntur *sceptra*, sibi adserere gestationem *sceptri*, quod tamen non tolerandum, quia hic ab insignibus ad archiofficia nulla valet consequentia. Neque vnquam legitur alibi de Marchionis Iuliacensis disceptatione; neque iure, de quo paullo antea allegati scriptores tam prolixe garriunt, vsus fuit Marchio. Itaque non dubito, scriptores in his relationibus indulsisse suis cogitationibus. conf. *Perill. Canc. Frideric. Dn.* de LVDEWIG *Tom. II. Comment. ad Aur. Bull. Tit XXII. §. 3. p. 299. 300.*

§. XXII.

Hinc quia Elector Brandenburgicus olim habuit Thesauri curam, sceptrumque imperiale hodie gestare solet; in Brandeburgicis Insignibus conspicitur sceptrum (x) in cæruleo scuto. Quodsi diuinare fas est, dixerim; hoc sceptrum, quod honoris caussa geritur, indicasse, electores Brandeburgenses tandem sceptro regali conspicuos futuros esse.

(x) Scutum est cœrulei coloris, ac *sceptrum* aureum. In loco honoris positum est, atque mitra electorali conspicuum. Est hoc notatu dignum, quod cæruleus color præcipuus inter alios, adnotante SPENERO *in Opere Heraldico P.* I. *cap.* IV. *§. 6. p. 110.* add. LIMNAEVS *in Iure Publico Lib.* VI. *cap.* VI. *§. 64.* Hinc a nonnullis vocatur *cælestinus*, apud HOEPING. *de Iure Insign. p. 651.* Vt ideo non audiendi sint illi, qui colorem cæruleum postponunt rubro. vid. BARTOLVS *De Insigniis & Armis n. 25. & 26. p. m. 188. Dav.* BLONDELL. TOM. II. *Plen. Adsert. Geneal. Franc. p. 354.* Hic cæruleus color sanctitatis atque puritatis symbolum habetur. vid.

vid. FESCH *De Insignibus eorumque Iure, cap.* IX. *n. 17. p. 89.* & VIR CELEB. *Ioh. Ehrenfr.* ZCHACKWITZIVS in der Einleitung zur Wappen-Kunst. Et quis ignorat, sanctitatem atque puritatem religionis genti Brandeburgicæ esse propriam? Sufficit exemplum Friderici I. Regis Borussiæ gloriosissimæ memoriæ, qui Gallos ob religionem expulsos recepit in tutelam. Neminem etiam fugit, quanta clementia ac pietate Augustus noster, Fridericus Wilhelmus, iure meritoque dicendus Magnus, Pius, Felix, Inclutus, Salisburgensibus exulibus miseris ob religionem, se exhibuerit Genium tutelarem. Est Augustissimus Potentissimusque Prussiæ Rex hodie instar columnæ Evangelicæ fidei, vt ipsi Pontificis asseclæ fatentur. Præsertim *Rudolph Martin.* MEHLFVHRER in scripto: Freundliche Warnung an D. Wernsdorffen und M. Strunzen zu Wittenberg p. 21. wäre der König von Preußen nicht, wo wäre das Lutherthum? die Sächsis. und Schwedische Rohrstäbe sind denen Lutheranern durch die Hände gestossen, und wenn bald ein Röm. Catholischer König in Engelland seyn wird, auf welchen Storchs-Nest wird euer Luthersches Evangelium übernachten. Et hic improbus auctor ubique næniarum nugarumque coacervat cumulum. vid. FABRI Staats-Cantzley T. XXIV. *p. 130.* T. XXVII. *p. 740.* Hæc in transcursu. supra iam definiuimus breuiter, quid caussæ sit, quare *Archicamerarius* in Insignibus gerat *sceptrum*? Respondimus, quia cura Imperalis *Thesauri* atque *clinodiorum* pertinuit ad eius officium. Consentiunt fere omnes. Sed pleniorem responsionem hic dare opera pretium videtur. Et quum in eo mihi otium fecerit Præceptor meus æternum sancte colendus PERILL. DN. de LVDEWIG, non opus est ut verba prolixe faciam. Sed dabo *doctissimi viri* verba. Sic enim in *Form. Duc. Brand.* §. IX *lit. g. p. 82. Tædet,* inquit, *quæ alii habent iterum adponere* HOEPINGIVS; SPENERVS; THVLEMARIVS; WAGENSEILIVS & *commentarii ac interpretes A.B. cuncti adserunt, insignia sceptrigera Brandeburgicum Marchionem archiofficio debere, supremi camerarii. Sed nesciunt illi tempus, occasionem caussamque rei, multis dubitationibus expositæ. Principio enim Sigismundus Elector Brandeburgicus, Bohemiæ stirpis, insignia rubræ aquilæ gessit, omissa sceptri imagine. Deinde in Chronico, Noribergensi* (§. 6. p. 58.) *noster clauem manu tenet* (§. 7. p. 65.) *non*

non SCEPTRVM. *Post si, archiofficii caussa, singuli Electores gladium adhibent, quod §. 9. lit. f. p. 81. est confutatum, alio certe illis Symbolo opus non esse, videtur. Praeterea, si vnius archiofficium locum inter insignia meretur; ceterorum quoque eum merebuntur. At* FREHERO *teste, Lib. I. Cap. XV. p. 109. Orig. Palat., constat, quod Palatinus, praeter nudum sanguinei coloris scutum aliud non habuerit; vsque dum Carolus V. singulari & noua concessione, pomum aureum ei detulisset. Nescit tale hodienum rex Bohemiae: Supremi quoque Thesaurarii insignibus id pariter abest. Et naenias agunt, qui scuto illudunt Hannouerano, quod symbolo id careat. Tandem si omnium archiofficialium est, insignia habere, quae archiofficium loquantur; quid, quaeso! impedit, quo minus idem etiam datum fuerit archicancellariis? Operae pretium igitur foret, caussam inuestigare qua demum factum sit, post Saxonem & Brandeburgicum electores, alios nullos archiofficii sui tesseras inter insignia ostentare. Hic aqua haeret ipsi* FREHERO, *neque alium vidi, qui se expedire posset. Mihi res neque difficilis neque obscura est. Principio enim nullus archiofficialium sui archiofficii peculiare emblema habuit, scuto & armis inscriptum. Post vero aularum elegantia voluit, vt, qui hereditario munere gauderet, idem insignia eius profiterentur. Sed infra dignitatem suam esse id crediderunt & Bohemus & Palatinus. Ille vt pocillum, hic vt patellam inter decora gentilitia referrent. Haec tamen congrua fuerant pocillatoris & culinae magistri officiis. Aliter Saxoni & Brandeburgico. Horum enim munera, vt illis ardua magis (§.7.p.65. lit. e.) ita tesserae quoque honorificentiores fuerunt, vt ne quicquam eos puderet, eorum vsum sigillis adrogare. Saxo, qua Marescallus ensi, quem principatus caussa gesserat, alium addidit, archiofficii ergo. Idem fecit Dux Venedorum, quod & clauis & sceptrum archicamerarii muneris officio respondere viderentur (§.7.p.65.lit. e.) Neque enim piget nostrates S. R. I. quaestores dici & sane* FREHERVM, *ineptum irrisorem habeo, qui Lib. I. Cap. XV. p. 113. corrupto iudicio scribit:* Dapiferia, qua vna cum rege Bohemiae epulas Augustas respexit, tanto Mareschalli & Camerarii munere maior; quanto maioris apud regem meriti & fiduciae, corpus & salutem, quam satellitium aut Fiscum sibi creditum habere. *Ellebora tibi opus est,*

eſt, mi FREHERE! *ex* §. *6. p. 57. lit f. & g.* § *7. p. 61. 62. 65. Et cui quæſo! perſuadebis? Culinæ præfectum honoratiori loco ſtare, præ mareſchallo & camerario.* Daß der Küchenmeiſter dem Cammer-Herrn und Marſchall iemahls den Rang geſtritten habe. *Immo ſi maior, vt ſcribis, dignitas patellæ quam ſceptro ineſt aut enſi; cur dubitarunt palatini hanc teſſeram inter inſignium ornatus ac decora referre? Sed ipſe l. c. p. 109. nos doces; elector palatinus duos clypeos gerit, vnum Bauaricum; Alterum Palatinum: tertium addidit* RVBRVM *totum &* VACVVM. *Donec Fridericus II. palatinus elector illi pomum illud aureum crucigerum, de ſingulari & noua conceſſione Caroli V. inſeruit, vt imitatione collegarum ſuorum, Saxonis & Brandeburgici & ipſe illud, quod imperatori de ſolemnitate in publico præfert, ipſum palam in inſignibus ſuis oſtenderet. Sed neſcis forte* FREHERE, *qua cauſa id fiat. Nolo illuſori credere, qui duas patinas, inuicem coopertas, cum pomi figura confuſas hic eſſe, perhibuit. Hoc tamen quilibet videt, culinæ cum aurei pomi clenodia nihil commune eſſe. Sed mea doctrina, princeps tuus duo archiofficia habet, vnum, in ſuprema palatii iurisdictione,* als Ober-Hofmeiſter, oder Hof-Richter: *alterum in culinæ præfectura. Illa cauſa archipalatinus: hac archidapifer audit. Atque illo ſic intuitu globum imperii gerit, non hoc. Sed plenius de his in Syſtemate iuris publici, noua methodo adornato.* Sane nemo ante *Perill. Vir.* id egregius docuit. Sed quia *Sceptrum* Brandeburgicum nonnulli pro *columna* habuerunt, placet in transcurſu aliquid dicere. *Martinus V.* ſummus Pontifex *Columnius gente* videbat ſceptrum in Brandeburgicis inſignibus. Hinc exiſtimabat, illud eſſe *Columnam,* & electorem Brandeburgenſem in diplomate agnatum ſalutauit. vid. SPANGENB. *Lib. I. Chron. Henneb. Cap. III.* Sed errauit Petri clauiger valde. Quod ideo mirandum, quia alias Papa haut errare poteſt. Nulla mi *Martine columna* in Brandeburgicis inſignibus eſt conſpicua, ſed *ſceptrum*, quod officii Archicamerarii ergo, gerit in ſcuto Brandeburgicus Elector. vid. *Georgii* ROESERI *Diſſ. De Sceptris Principum*

Cap. IV. §. 10. p. 53. & 54. Iohan. SCHVTZII *Adparatus Curiosus & Practicus p. 534.* B. HOFFMANNVS *in Diss. De Origine & Iure Sceptrorum Cap. II. §. XI.*

§. XXIV.

Progredimur ad officium ARCHI-CAMERARII, quod exhibet Imperatori ad mensam. Describitur sic in Aurea Bulla. (y) Deinde Marchio Brandeburgensis ARCHI-CAMERARIVS accedat super equo, habens argenteas pelues cum aqua in manibus, ponderis duodecim marcarum (z) argenti & pulchrum manutergium. Et descendens ab equo dabit aquam domino Imperatori vel Regi Romanorum manibus (aa) abluendis.

(y) *Tit. XXVII. §. 4.*

(z) Caussam, quare vasa vnius ponderis atque pretii esse debeant, inuestigauit *Perill. Dn. de* LVDEWIG, in *Comment. ad Aur. Bull. Tom. II. Tit. XXVII. §. 2. lit. t. & §. 4. lit. t.* illos, qui *archicamerarii* pelues adpellitant aureas, in rectam viam reduxit.

(aa) Si morem manus lauandi in aliis regnis intuemur, patet, quod iste, qui peluim & mappam dat, sit princeps. Nam in Gallia hoc officium administrant nonnisi principes, de quo videndi GRAMMONDVS *in Histor. Gall. ab excessu Henrici IV. Lib. V. p. 274.* & LIMNAEVS *in Notit. Regni Franciae Lib. II. Cap. 13. lit n. p. 715.* De Conuiuio solemni Papae, testantur MARCELLVS *Lib. I. Sacrar. Ceremon S. III.* & HOORNBECK *in Examine Bullae Papalis &c. p. 15. quod nobilior laicus, Imperator, aut Rex, aquam ad lauandas Pontificis manus offert.* conf. STVCKII *Antiquitat. Conuiual. Lib. I. Cap. 14. p. 70. 71.* LIMN. *ad Aur. Bull. Tit. XXVII. Obs. VII. Perillustr.* de LVDEWIG in der Erläuterung der güldenen Bulle *Tom. II. p. 716. lit. b.* Taceo

ceo alia exempla, quæ ibidem sunt adducta. Si itaque hoc officium, ab Imperatoribus, Regibusque administratur, etiam dignitas *archicamerarii* magis præstatione huius muneris ampliatur. Et cui etiam competeret, nisi *Archicamerario*, quippe cuius officium reliquis maius est. Quia autem *Archicamerarius* inter officiales primas tenet, etiam primus est, qui in solemni imperatoris aut regis conuiuio præstat officium. Hinc egregie *Perill. Dn.* de LVDEWIG c. l. p. 717. ait: Dieweilen aber an den meisten Höffen gewöhnlich, daß der oberste Cämmerer dem Herrn das Hand-Wasser vorhalte; nachgehends in dergleichen Reichs-Hofhaltung die Churfürsten keinem andern König dißfalls zu weichen schuldig seyn, davon oben ad *Tit. VI. p. 618. 619.* Erwehnung geschehen; ferner, der Teutschen Hofweise nach, das Ertz-Cämmerer-Amt ebenfalls für das alleroberste und vornehmste gehalten worden, davon in *Formula Marchiæ*. §. *VI. p. 65. lit. e.* mithin selbigen der Dienst das Hand-Wasser zureichen auch dieserwegen zu kommet; nechst deme, so viel das jetzige Schlüsseltragen der Cammer-Herrn betrifft, solches wohl vor weniger Zeit erst auffkommen und zu der A. B. Zeiten nicht bekannt gewesen seyn mag, ob schon der Ertz-Cämmerer solchen anfangs in seinen Wappen geführet: als ist wohl kein Zweiffel, daß dieser Ehrendienst, dem Käyser das Handwasser zu reichen, des Reichs-Ertz-Cämmerer seiner obersten Würde halben zugetheilet worden sey. Sed necesse est, vt etiam exempla adducantur, vbi *Archicamerarius* hoc officium administrauit. Sic in coronatione *Imp. Maximil. I. a 1486.* facta, legitur: *Et quum imperator & Rex Romanorum, ad prandium irent, venit electus episcopus Augustensis, de Hohenzollern dictus, locum marchionis Brandeburgensis suppleuit cum ceteris comitibus, Ernesto duce Saxoniæ præcedente cum baculo, aquam porrexit, & manutergium.* Hartmannus MAVRVS *in descript. Epuli Regii in Coronat. Caroli V. Aquisgrani exhibiti* scribit. *aurea pelui aqua Regiis manibus a Marchione Brandeburgensi, & Comite Zollerensi, minore imperii Camerario, dabatur, tenuitque Comes Palatinus, & alii principes adstantes, mappam, qua*

regiæ manus absterſæ ſunt. Simile fere quid refert NOPPIVS, in der Aacher-Chronick *Lib. I. Cap. II. p. 60.* Es Kompt oben aufs Königliche Salett der Marggraff von Brandenburg, samt dem Untern Reichs-Marschalck, und geben Ihrer Käyserl. Majest. in einen güldenen Becken das Wasser, der Pfaltz-Graf, und die unbstehende Fürsten, halten die Handzwähel. Aliter refert *Protocollum electionis Caroli V.* apud GOLDAST. *P. I.* Polit. Reichs-Händel *p. 53.* Sed quæritur. *Num neceſſario Palatinus aliique principes requirantur ad hunc actum?* LIMNAEVS ad *Aur. Bull. Tit. XXVII. obſ. V. p. 534.* ait: *Hunc actum Marchio Brandeburgenſis ſolus non poteſt perficere, nam ad eum plures requiruntur perſonæ.* Sed dependet ab arbitrio ac nutu archicamerarii, quales principes ad hunc actum ſibi adſciſcere velit, quia in Aurea Bulla *Archicamerarii* officio hoc ſolummodo adnexum. conf. PERILL. de LVDEWIG ad *Aur: Bull.* TOM II. Sed ſtandum cœptis: *In deſcriptione coronationis Maximiliani II.* ſic narratur: *Et quidem omnium primo Brandeburgicus, qui pocillatoris munere fungitur, curia deſcendens, in generoſum equum adſcendit, & ad menſam quandam medio foro ſtratam properans, auream inde pelvim & mappam accipit, usque in curiam rediens Cæſari & Regi, vt manus lauent atque abſtergant, adminiſtrat, poſt pelvi, mappa & equo comiti Zollerano, ex iure antiquo, cedentibus. Idem fere refert ex* SCHARDIO BECMANNVS *in Syntagm. Dignit. Illuſtr.* DISSERT. V. CAP. I. *p. 529. De Coronatione Mathiæ ita fertur: Poſt electorem Saxoniæ hereditarius ſimiliter electoris Brandenburgici mareſchallus, equo ex curia in aream vectus, malluuium argenteum, quod cum gutturnio & mantili, in menſa prope culinam poſitum erat, in curiam aſportauit. De Coronatione Ferdinandi II. anno 1619.* facta, ſequentia *in Theatro Europæo P. I. p. 172.* leguntur: Nach solchem ist der Chur-Fürstliche Brandenburgische Abgesandten einer aus dem Rath-Hauß geritten, und bey der Hütten, darinn der Ochs gebraten worden, ein silbernes vergüldetes Gieß-Faß, samt einen Becken, und Seruietten, abgeholet und mit

solchem

solchen wieder in das Rath-Hauß geritten. *De Inauguratione Ferdinandi III. anno 1636. in Theatro Europæo P. III. p. 745.* Darnach præsentirte sich ein Erb-Truchses zu Pferd, welcher aus der aufgeschlagenen Küchen beym Rath-Hauß ein silbern und vergüldetes Hand-Faß samt der Handquelen abgehohlet und von dannen auf das Rath-Hauß gebracht. *De Ferdinandi IV. Coronatione anno 1653. in Theatro Europæo P. VII. p. 361.* darauf ist durch diejenigen, so die Erb-Aemter bedienen, das Hand-Wasser und Hand-Tuch ꝛc. abgehohlet worden. *De Coronatione Leopoldi anno 1658. in Theatro Europæo P. VIII. p. 532.* Chur-Brandenburgs Stelle ward eben auch durch das Erb-Amt, den Herrn gefürsteten Grafen von Hohenzollern, vertreten, welcher der Römischen Käyserl. Majestät das Hand-Becken mit dem Wasser und die Handquel unterthänigst darreichte. Et in *nouissima Imp. Caroli VI. coronationis descriptione legitur*: der Chur-Brandenburgische Herr Gesandte Graf von Dohna setzte sich so dann auch zu Pferd und verrichtete, in Abwesenheit des Ertz-Cämmerers das Amt, ritte in obgedachter Begleitung der Käyserlichen Garden und Trompeter ohnfern den Brunnen, und liese sich durch einen Bedienten, von dem mit einem weissen Tuch bedeckten, und ohnfern der Küchen gestandenen Tisch, ein silbernes Becken und Gieß-Kann, samt einer Servietten langen, nahm die Serviette auf das Becken unter den Arm, und die Gieß-Kanne in die rechte Hand, und ritte sodann nach dem Römer zurück, sasse davor wieder ab, und truge damit das Hand-Wasser auf den Saal. Ihro Majestät aber hat der Chur-Brandenburgische Herr Gesandte das Wasser gegeben, und die auf dessen Arm liegend gehabte Handquel gereichet

§. XXV.

Hæc de ARCHI-CAMERARII S. R. G. I. Archiofficio. Nunc paucis disceptandum erit de SVB-CAMERARIO (bb). In Aurea Bulla Tit. XXVII. mentio iniicitur SVB-CAME-

RARII de Falckenstein (cc). Postea familia Falckensteiniorum extincta, SVB-CAMERARII officium contigit Weinspergiis. (dd) Sed Weinsbergiis (ee) exarescentibus, migrauit hoc officium in Seinsheimios, donec peruenerit ad Comites Hohenzolleranos, qui Principali dignitate hodie fulgent (ff).

(bb) De origine, caussa, &, indole Subofficialium S. R G. I. solide, uti semper solet disserit vir stupendae eruditionis PERILL. DN. de LVDEWIG, in *Comment. ad Aur. Bull.* P. II. TIT. XXVII. §. *7. p. 754. lit. h.* cuius scrinia expilare nobis religio sit.

(cc) De Familia *Falckensteiniorum* multi egerunt. In quem censum veniunt LIMNAEVS ad *Aur. Bull.* TIT. XXVII. §. 7. OBS. V. WAGENSEIL. *De Archiofficial. & Subofficial. Imp. cap. XI. §. 8. p. 179. 180.* LVCAE in dem alten Grafen-Saal *p. 959.* STRUV *de Subofficial. Imp.* SPENER. *in Opere Heraldico P. II. Lib. II. cap. 17. §. 5. p. 576.* Sed omnium optime de hac gente egit *Venerabilis Senex* PERILL. DN. de LVDEWIG in *Comment. ad Aur. Bull. T. II. Tit. XXVII. §. 7. lit. m. p. 762. seqq.*

(dd) Dominorum de *Weinsberg* sistit Genealogiam *Gabr.* BVCELINVS, TOM. III. *Germ. p. 77.* sed ipso fatente, imperfectam. Dominos de *Weinsberg* ante *Falckensteinios* hereditarios imperii *Camerarios* fuisse, probatum dedit *Fridericianae Cancellarius* PERILL. DN. de LVDEWIG *l. c. p. 763.* ubi simul detexit arcanum, quare *Weinsbergiis* fuerit derogatum. Quia autem elector Treuirensis *Wernerus de Falckenstein anno 1418.* ultimus ex hac gente fuit, vt docet BROWERVS LIB. XVIII. *Annal. Treuirens. n. 75. p. 253.* iterum *subcamerarii* iura veluti postliminio redierunt ad *Weinsbergios anno 1410.* Mentio etiam *Cunradi de Weinsberg S. R. I. Sub-Camerarii* fit anno 1414. in HENRICI STEYNERS Beschreibung des Concilii zu Costnitz *p. 76. & 81.* Subscripsit *Thiccpertus* de Weinsberg diplomati Conra-

di

di III. Imp. *anno 1150.* quod exhibet SCHATENIVS in *Annal. Paderbornens.* LIB. VIII. *p. 783.* Et PERILL. *Canc. Dn. de* LVDEWIG p. 769. nos certiores reddit: in tabulario Weinsbergico asseruari documenta publica, in quibus similes leguntur subscriptiones. Inde patet, hanc dignitatem fuisse omnino hereditariam, quod nesciuit SPENERVS, vt ipse fatetur; in *Opere Heraldico P. II. cap. 117. §. 5. p. 575. anno 1440.* In MODII *Pandectis Triumphalibus P. I. Lib. IV. Tit. XII. p. 156.* legitur: *Cunradus de Winsberg Romani Imperii hereditarius Camerarius, annis & sensu senex,* vid. LIMNAEVM *ad Aur. Bull. Tit. XXVII. §. 6. Obs. 6.* Id autem non satis intelligit SPENERVS P. II. *Oper. Herald. Lib. II. cap. 117. §. 5. p. 576.* Sed CRVSIVS in *Annal. Sueuic. P. II. Lib. 10. c. 3. p. 382.* SPENERVM in rectam viam ducere potuisset, qui ait: *Habuit* (loquitur de urbe Weinsperga) *olim proprios Dominos, qui de hoc oppido se nominarunt: Et imperii Romani fuerunt hereditarii Camerarii.* Miror, SPENERVM hunc locum CRVSII non rite recteque inspexisse, quem tamen allegat P. II. LIB. II. *cap. 72. §. 19.* iterumque eiusdem facit mentionem §. 20.

(ee) Gente Weinspergica in Philippo exarescente, vt LAZIVS *de Migrat. Gent Lib. VIII.* p. 467. tradit: Imperator Maximilianus I. *Sub-Camerarii* dignitaten Georgio de Sinsheim, qui iam anno 1504. exspectantiam habebat, contulit, ceu memoriæ produnt *Thrasyb.* LEPTA LIB. I. *de Reb. Georg. Lud. a Seinsheim. p. 45.* LIMNAEVS *ad Aur. Bull. Tit. XXVII. §. 7. Obs. VI.* SPENERVS in *Oper. Herald. P. II. cap. 85. n. 12. cap. 97. n. 5.* Quia autem liberos non suscepit Georgius de Seinsheim; hanc spartam Comites de Hohenzollern occuparunt. PFEFFINGER ad VITRIAR. LIB. III. TIT. XI. *§. 11. lit. a. Notit. Proc. Lib. V. cap. II. §. 3. Dn. Im-Hoff. Notit. Proc. Lib. V. Cap. 1. §. 3. p. 223.*

(ff) Primus ex Zollerana gente, qui ad dignitatem *Sub-Camerarii* imperii anno 1516. euectus, fuit Eitel Fridericus Hohenzolleranus comes, idque suasu Electoris Brandeburgici factum fuisse, testatur *Perill. Dn.* de LVDEWIG *c. l. p. 764.*

Hinc

Hinc etiam ab electore Brandeburgensi hodie Princeps Hohenzolleranus cum officio *Sub-Camerarii* Imperii inuestitur. vid. LVNIG in dem Reichs-Archiv in *Supplem. P. IV.* conf. LIMN. *in Addit. ad Ius Publ. Lib. III. c. 7.* Exhibet LIMN. ad *Aur Bull. c. I. obs. 5.* aus der Zollerischen Erb-Vereinigung *de anno 1575. d. 24. Ian.* dispositionem Caroli Comitis Hohenzollerani, vbi de officio *Sub-Camerarii* sequentia leguntur: Es mögen sich auch unsere Söhne, und alle künfftige Grafen von Hohenzollern ehrlich gebohren, schreiben, und des Titels, Schild und Helms, Graffen von Hohenzollern, Sigmaringen und Veringen, Herren zu Häyerloch und Wahrenstein, des Heiligen Römischen Reichs Erb-Cämmerer, ꝛc. gebrauchen, doch soll allein der älteste, so darzu geschickt ist, des H. Reichs-Erb-Cämmerers Amt verwesen und verwalten, auch messen, er gönnte das dem andern seines Nahmens und Stammes, der nach ihn der älteste, oder ohne das am Hofe ist; Welches bey seinem freyen Willen stehet, und es zu thun Macht hat. Also soll es so lang es bey Uns, auch unseren Erben und Nachkommen Hand, gehalten werden. Wann aber Innhaber des Erb-Cämmerers-Amts nicht im Hof wäre; oder auch nicht auff dem Reichs-Tag beyhanden, da die Käys. Maj. Fürsten-Lehen verleihen würde, es geschehe in der Cammer oder öffentlich, und aber ein anderer gebohrner Graf von Zollern derEnden, (ob er schon nicht Hoff-Diener wäre) zu Hoff oder auf dem Reichs-Tag wäre, so hat derselbige Fug und Macht das Amt-Geld von dem Käyserlichen Obristen-Cämmern oder Hof-Cantzlern zu erfordern, und nicht nachzugeben, dann Wir, auch unsere Vorfahren, dessen in offenbahrer, gewehrlicher und richtiger possession vel quasi seyn: wie dann neulich verschienen 70. Jahr Unser Sohn Carl, so mit der Fürstl. Durchl. Ertz-Hertzog Ferdinand zu Oesterreich, ꝛc. zu Prag gewest, am Käyserlichen Hofe, und als Hertzog Julius Braunschweig und N. Landgraf zu Leuchtenberg, daselbst die Lehn empfangen, der Herr Protzhofskai, Ihr. Majestät Cämmerer, die beyde Amt-Geld Unserm Sohn Carln erle-

erlegen und bezahlen müssen. Eadem verba retulit SPENERVS *P. II. Oper. Herald. Lib. II. Cap. 117. §. 5. p. 576.* Hinc hodie tota gens Hohenzollerana *Sub-Camerarii* dignitate, &, titulo fulget. LIMNAEVS *ad Capit. Ferdin. I. Art. 41.* Genealogiam Comitum Hohenzolleranorum nectit ID. SPENER *in Syll. Geneal. Hist. p. 414.* Principali dignitate ab *Imp. Ferdin. II. a. 1623. d. 28. Mart.* insignitus fuit Ioannes Georgius. ID *P. II. Oper. Herald. Lib. II. Cap. 117. §. 7. p. 576.* LIMNAEVS *in Iur. Publ. Tit. IV.* ADD. *ad Lib. V. Cap. 9. p. 878.* conf. *Notit. Proc. in Supplem. Oper. Geneal. Ritterſh. Lib. V. Cap. II. §. 5.* Legitur Diploma Aurea Bulla munitum, apud LVNDORPIVM *Tom. II. Actor. Publ. Lib. VI. Cap. 193. p. 741. etc. Theatr. Europ. Tit. I. ad an. 1623. p. 371.* Habet id *Archicamerarius* inter alios Archiofficiales præcipui, quod eius vices gerat princeps S. R. I. Reliqui enim Sub-Officiales nonnisi Comites vel nobiles sunt. Quia autem principes de Hohenzollern officio *Sub-Camerarii* S. R. G. I. fulgent; ideo etiam *sceptra* gerunt in insignibus gentilitiis. De *Sceptro* aureo in scuto cæruleo, quod *Archicamerarius* vi suæ dignitatis gerit, iam dictum. Principum Hohenzolleranorum insignia, ab insignibus *Archicamerarii* sunt plane diuersa. Nam scutulum medium rubei coloris conspicuum est duobus *sceptris* aureis in decussim collocatis, & adparet in parma Principis Ioannis Georgii, apud IO. IAC. CHIFFLETIVM *De Ordin. Veller. Aur. n. 342.*

§. XXVI.

Supereſt, vt commemoremus, quo officio fungatur Princeps Hohenzolleranus in inaugurationibus Imperatorum. Eum in coronatione Imperatoris, absente Electore Brandeburgico sceptrum imperatori præferre decet. Et ad mensam imperatori idem officium præstat, quod alias facit ARCHICAMERARIVS (gg).

(gg) Hoc in Aurea Bulla non dispositum, sed procuratio huius officii solummodo relicta est *Archicamerario Tit. XXII.* §. 3. Et tamen in *Hartmanni* MAVRI *descript. Coron. Caroli V.* apud LIMN. *ad Aur. Bull. Cap.* 27. §. 4. *Obs.* 5. *p.* 534. legitur, *quod in Coronatione Caroli V. regiis manibus in aurea pelui aqua exhibita fuerit a Marchione Brandeburgensi & Comite Zollerano minore Imperii Camerario. Sed vt reliqui Subofficiales adrogarunt prælationem insignium; sibi etiam subcamerarius Princeps Zolleranus adrogauit, & sceptrum in coronatione Ferdinandi IV. anno 1653. prætulit. Sed legati Brandeburgici Electorales, allegarunt transactionem cum Zolleranis, & protestatione publica, se muniuerunt*: Hätten sowohl die unverbrochene observantz als auch den mit dem Herren Grafen von Hohenzollern, als Erb-Cämmerern des Rechts in vorigen Zeiten gemachten Vergleich vor sich gehabt, daß die Vortragung des Scepters, als des Insignis der Chur-Fürsten zu Brandenburg den Chur-Fürstlichen Gesandten zustünde, ꝛc. Alldieweil aber durch alle die übrigen Herren Chur-Fürsten sey allegiret worden, daß durch den neulichen Vergleich im Churfürstlichen Collegio (welcher gleichwohl von ihnen anders nicht als sub spe rati angenommen) ein anders beliebet, und daß die Insignia nicht durch die Churfürstliche Gesandte, sondern durch die Erb-Aemter getragen werden sollen, per vnanimia beliebet worden, die Herren Chur-Bäyerische auch sonderlich sich dahin erkläret, daß sie sowohl insgemein als auch dieses passus halber über den letzt-gemachten Vergleich zu halten von ihrer Gnädigsten Herrschafft befehliget worden, ꝛc. So hätten Sie zwar um confusion &c. zu vermeiden geschehen lassen müssen, daß vor dißmahl die Vortragung des Scepters, durch das Erb-Amt geschehen möge, protestiren und bedingen aber hiemit solenniter und öffentlich, daß sie durch diese abgenöthigte Einwilligung weder von Sr. Churfürstl. Durchl. habenden gnädigsten und ernsten Befehl abweichen, noch deroselben icht was von demjenigen, so Ihr Vigore ihres hochtragenden Ertz-Amts zu kommet, das allergeringste begeben haben wollen,

len, noch dieser ietzo vorgehende Actus Sr. Churfürstl. Durchl. einigermassen præiudicirlich seyn, oder wieder dieselbe und dero Churfürstliche Hause zu einigen Zeiten angezogen werden solle. ANON. *Descript. Caronat. Ferdin. IV.* conf. LIMNAEVS T. V. *Iur. Publ. in Addit, Lib. III. cap. 6. n. 74. p. 200. &* BECMAN. *in Syntagm. Dignit. Illustr.* DISSERT. *IV. cap. I. p. 421.* Officium Imperatori ad mensam adcumbenti, in coronatione Imp. Caroli VI. non præstitit Princeps Hohenzolleranus, sed Brandeburgici Electoris legatus Burggrafius de Dohna, vt legitur *in descriptione Caronationis Caroli VI. Imp.* Verba supra dedimus.

§. XXVII.

Habes in hoc Opusculo non modo originem Archi-officiorum; sed imprimis descriptum legis fulgentissimum officium ARCHI-CAMERARII S. R. G. I. Quod ex antiquitate erutum, & ex scriptoribus restitutum. Maximam eius dignitatem habes defensam, immo novis argumentis munitam. Nil itaque superest, nisi quod fundentur preces pro salute atque incolumitate Augustissimi & Potentissimi Porussiæ Regis Domini nostri clementissimi, qui hodie splendididissimo ARCHI-CAMERARII officio in S. R. G. I. fulget. Det Deus ter optimus Maximus, ut tota Augustissima gens floreat æternum, & instar fulgentis solis ad ævum radios transfundat.

FINIS.



Addenda & corrigenda.

Pag. 1. lin. 15. l. *edendam*. p. 2. lin. 9. dele *non* p. 3. lin. 23. l. *mei*. p. 4. lin. 6. l. *Francorum*. lin. 7. l. *verum*. lin. 10. *quæ*. p. 5. lin. 21. l. *quærendi*. p. 8. l. 24. l. *Guelphi antiqui ſiue ex Alamannis, vt veteres ſcribunt*. p. 9. lin. 4. l. *abbatiæ*. p. 9. lin. 27. l. *Eccleſiaſticis* p. 12. lin. 31. l. *Floruerunt*. p. 13. lin. 21. *adminiſtrauerint*. lin. 25. l. *fuerunt*. p. 15. lin. 33. l. *Rege*. p. 17. lin. 7. l. *ridiculum*. p. 18. lin. l. *ſunt*. p. 20. lin. 6. l. *uſurparit*. p. 22. lin. 7. l. *quem*. lin. 21. adde *accingo*. p. 24. lin. 1. l. *geſtarit*. p. 29. lin. 20. l. *notandum*. p. 36. lin. 1. adde *non eundem*. p. 45. lin. 23. adde *palatii comitem* p. 46. lin. 6. dele *im*. p. 47. lin. 3. l. *præciſe*. p. 48. lin. 33. *Rem. Potius*. p. 56 lin. 1. l. *Palatino* p. 63 l. 5. *memoriæ*.

Reliqua leuiora errata ipſe beneuolus Lector facili negotio emendabit.

